



DEFINITIONES  
PHILOSOPHICÆ  
IN SCHOLIS  
celebriores.

QVAVM SCIENTIA ET  
usu Philosophiæ Tyrones ut plurimum  
adjuvari possunt.

AR. D. IOANNE THIERRY  
*SS. Theologiæ Doctore & Philosophiæ  
Professore collectæ.*

In gratiam Philosophiæ candida-  
torum.

*Editio ultima correctior.*



Primum PARISIIS,

*Nunc vero*

FRANCOFVRTI,  
Apud GEORGIVM MVLLERVM.

---

M. DC. LIV.





**V**  
utili  
libel  
Vir  
avia  
post  
poli  
esse d  
tur.  
qua  
confi  
gisea  
scrip  
stotel  
fit, in  
quia  
facit  
tor, q  
grest  
qui







# P R Æ F A T I O

ad Lectorem.

**V**Ino vendibili quod ajunt, non opus est  
suspensa hederâ. Id verè dici potest de  
utilissimo hoc definitionum Philosophicarum  
libello, qui primùm Lutetia Parisiorum à  
Viro Philosophia experientissimo exaratus,  
avidissimis manibus exceptus est; cumque  
post secundam editionem nullum in Biblio-  
pohis Exemplar superesset, opera precium  
esse duximus, ut denuò correctior excudere-  
tur. Libello hoc, si rem ipsam & utilitatem,  
quæ hinc in Philosophiæ Studiosos abundat,  
consideres, nihil florentius est, nihil quod ma-  
gis expediat. Author ejus definitiones ac de-  
scriptiones regulasque Philosophicas ex Ari-  
stotele ac aliis Sapientie Magistris expron-  
sit, inque ordinem facillimum digessit. Certè  
qui definitiones ac divisiones sibi familiares  
facit, plus discit, quàm vel millesimus jaeta-  
tor, qui omnes præ se Philosophos rudes & a-  
grestes deprædicat. Optimè locat tempora,  
qui Axiomata ejusmodi in Locos Communes

§ 2

conjicit:



conjicit: sic enim stabilitur memoria, acui-  
tur iudicium, & robur firmissimum capie  
intellectus. Mira dulcedo mira que jucun-  
ditas in Philosophia Studio inest, ut occulta  
quadam vi nos ad sese rapiat.

Philosophia rerum divinarum atque hu-  
manarum cognitione sic hominem exornat,  
ut sine ejus lumine vix quisquam se homi-  
nem esse intelligere possit. Accipite igitur  
vera Philosophia amatores, hoc parvum O-  
pusculum, quod tale est, ut ex locupletissima  
Philosophia Peripatetica Aristotelis exiisse  
& tanquam ex fonte quodam uber-  
rime promanasse videa-  
tur.

APPRO.



---

## APPROBATIONES.

**H**Oc opus, in quo nihil redundat, & quod multa  
uno intuitu subiicit oculis, utile studiosis futu-  
rum censeo, & dignum quod in lucem edatur.

CL. FR. SONNET Canonicus  
& Theol. Bisuntinus.

---

**E**GO infrascriptus. FR. GVLIELMVS BAVLX Or-  
dinis Minimorum S. Francisci de Paula, in Conven-  
tu Vesontionensi, sacrae Theologiae Professor, fidem  
facio, DEFINITIONES PHILOSOPHICAS, in praesenti  
volumine contentas, utilissimas fore omnibus  
Philosophiae, & Theologiae studiosis, atque ideo me-  
reri ut Typis mandentur. In quorum fidem, &c. Da-  
tum in Conventu nostro Vesontionensi die 25. Aprilis  
anni 1634.

FR. GULIELMUS BAVLX  
Minimus, sacrae Theo-  
logiae Professor.

---

## PERMISSIO.

**E**X causis in Superioribus contentis, per-  
mittimus praesens opus imprimi. Datum  
Bisuntii 4. Maij. 1634.

IACOBUS BLAVIRIUS  
Vices Gerens.





D

I



oppon  
nec in  
Ex sur

Abj  
escule  
moder  
2. quast  
Est  
adhibe  
dem.

Abj  
Metap  
Abj  
sejung  
Abj  
unum





# DEFINITIONES

## PHILOSOPHICÆ,

quarum est frequentior  
in Scholis usus.

### *Absolutum.*



*Absolutum*, est, quod non respicit aliud:  
nec ad aliud dicit ordinem. Vt, Deus. Est  
*Philosophorum communis ex vocabuli no-*  
*tione.*

*Absolutum* nomen, ut connotativo  
opponitur, est quod habet perfectam significationem  
nec in significando aliud connotat. Vt homo, calor.  
*Ex summulistis.*

### *Abstinentia.*

*Abstinentia*, est virtus, cupiditates, & delectationes  
esculentorum inordinatas refranans & in ipso usu  
moderationem debitam constituens. *Ex D. Thoma 2.*  
*2. quæst. 146. seu:*

Est virtus, in ciborum delectatione moderationem  
adhibens, eorumque usum restringens. *Ex eodem ibi-*  
*dem.*

### *Abstractio.*

*Abstractio*, est unius ab alio separatio. *Ex eodem 1o*  
*Metaphysic. Lect. 10.*

*Abstractio* realis, est actio, qua unum realiter ab alio  
sejungitur. Vt, brachium à corpore. *Ex eodem ibidem.*

*Abstractio* Logica, est actio intellectus concipientis  
unum sine alio, aliisque cum quibus à parte rei con-  
iunctum



junctum est. Vt, dum concipio hominem, non concepto Petro, & aliis individuis, quibus inest humana natura: aut ignem non cogitando calorem. *Ex eodem 1. parte quaest. 85. art. 1.*

*Abstractio simplex*, est qua intellectus considerat unum sine alio cum quo junctum est: illud tamen de eo non negat. Vt, rationale sine risibili. *Ex eod. ibid.*

*Abstractio composita*, seu negativa, est cum intellectus ita unum ab alio abstrahit, ut ei convenire neget, vel ejus contrarium de eo affirmet. Vt, Corvus non est niger, Corvus est albus. *Ex eod. ibid.*

*Abstractio Physica*, est à materia singulari non sensibili. *Ex eodem ibidem.*

*Abstractio Mathematica*, est à materia sensibili, non intelligibili. *Ex eod. in Metaph. prolegom. & lib. 6. lect. 1.*

*Abstractio Metaphysica*, est à materia sensibili, & intelligibili. V. G. Physicus considerat corpus naturale in universum, non, hoc, vel illud, Mathematicus; quantitatem, non materiam; Metaphysicus, rationem entis, abstractam à materia & quantitate. *Ex D. The. Ib. 1. q. 85. art. 1.*

### *Acceptio personarum.*

*Acceptio personarum*, est vitium, quo in bonorum publicorum distributione, non respicitur causa; sed persona, id est, conditio personæ, nihil ad rem faciens: ita ut indignus, digniori præferatur. *Ex eod. 1. 2. 97. 4.*

### *Accidens.*

*Accidens*, est quod inest alicui, & verè dicitur de eo, non tamen necessariò, nec in pluribus, & non tantum quoad esse; sed quoad locum, & in aliquo, & in hoc tempore, & hujus causa non est determinata. *Aristot. 5. Metaphysic. c. 30. Seu.*

Est illud quod inest alicui secundum se, non tamen de essentia rei. Vt, albedo, scientia. *Id. 6. Metaph. c. 1. Seu.*

Est, quod contingit esse, & non esse, aut cui est in ratione hoc, cui accidit, *Idem 1. Physic. c. 34. Seu.*

Est,



Est, quod adest, & abest, præter subjecti corruptionem *Porphirij in Isagoge, cap. de accidente.*

*Accidens* separabile, est quod potest facile à subjecto removeri. Vt, calor à ferro, lumen ab aëre. *Idem ibid.*

*Accidens* inseparabile est, quod non potest, vel ægrè admodum, à subjecto removeri. Vt, candor nivis, nigredo corvi. *Idem ibid.*

*Accidens* nominale, seu *Physicum*, est cujus totum esse, est inhxerere subjecto, à quo realiter distinguitur. Vt, virtus, calor. *Ex Arist. locis supracitatis.*

*Accidens* verbale, seu *Logicum*, est quidquid contingenter advenit alteri, deq; illo accidentaliter prædicatur. Vt, esse vestitum de homine, rationale, de animali.

*Accidens* extrinsecum, est quod extrinsecè tantum subjectum denominat. Vt, actio, agens.

*Accidens* intrinsecum, est quod verè inest rei, cujus dicitur accidens; Vt, frigus aquæ.

*Accidens* proprium. *Vide Proprium.*

*Accidens* commune, ut universale, est unum aptum inesse multis contingenter tantum. Seu.

Est unum aptum, prædicari de multis in quale contingenter. Vt, calidum respectu ignis, & aëris.

*Accidens* completum, est quod habet veram entitatem accidentalem, & à substantia, & à cæteris accidentibus distinctum. Vt, lumen, scientia.

*Accidens* incompletum, est modus accidentalis, suum subjectum complens, & perficiens. Vt, inhxerentia actualis, existentia luminis.

### *Accretio, seu Augmentatio.*

*Accretio* latè, est quæcunque novæ quantitatis acquisitio. Vt, cum aqua, additione aquæ accrescit, & vivens sumpto alimento. *Ex Arist. 7. Physic. c. 2.*

*Accretio* strictè, est acquisitio, majoris quantitatis, quam quæ deperdita sit, ut cum pueri plus substantiæ, & quantitatis acquirunt quam per actionem caloris nativi deperdant. *Ex eodem, 5. Physic. c. 2.*





*Acretio proprie, est acquisitio novæ quantitatis, majoris, minorisve, quam quæ defluerit à vivente facta, sumto intus alimento virtute vegetativæ animæ. Ex eodem 3. de anima cap. 12. & 1. de Cælo cap. 2.*

### Actio.

*Actio, est dependentia, effectus ab agente: Seu. Est, id quo mediante, agens producit effectum. Vt, Illuminatio calefactio.*

*Actio immanens, est ea, quæ recipitur in ipso supposito, à quo elicitur. Vt, visio. Ex Arist. 3. de anima, c. 1. & 3. Physic. cap. 3. D. Thoma, 1. quest. 51. art. 1.*

*Actio transiens, est quæ recipitur in subjecto distincto ab agente. Vt, calefactio. Ex Arist. ibid. & D. Thom. 4. Metaphysic. lect. 12.*

*Actio substantialis, est ea, quæ terminatur ad substantiam. Vt, generatio ignis. Ex Arist. 4. Physic. cap. 5.*

*Actio accidentalis, est ea, per quam producitur accidens, ut dealbatio. Ex eodem ibidem.*

*Actio instantanea, est quæ fit in instanti, seu quæ non coextenditur certis partibus temporis. Vt, creatio, illuminatio, Ibidem.*

*Actio successiva est, quæ coextenditur tempori, seu quæ fit in tempore, Vt, calefactio. Ibidem.*

*Actio directa, est quæ fertur agens recta in passum immutandum. Vt, calefactio. Ex D. Thom. 2. de anima, lect. 6. & 3. lect. 9. & 1. quest. 18. art. 4.*

*Actio reflexa, est per quam producitur, vel intenditur qualitas in medio quæ propter obsistentem contrariam, vel corpus oppositum ultra produci non potuit. Vt, fit in antiperistasi, & reflexione luminis in speculo. Ex eodem ibidem.*

*Actio uniformiter difformis, est quæ agens in viciniore sibi parte subjecti determinata, qualitatis aliquid ita producit, ut in remotioribus minus ac minus eadem semper servata proportione producat. Vt, si in*  
prima

prima  
in sec

Actio  
mat, a  
actual  
de gen

Actio  
nulla  
alio in

Actio  
fit act  
exista  
nem M

Actio  
ctuat.  
& 9. M

Actio  
positi  
cap. 1.

Actio  
tum M  
stenti

Actio  
num p  
& 1. d

Actio  
stitur

Actio  
rò est

Actio  
perfe  
ad ali  
cap. 19

Actio



prima parte ligni producat ignis duos gradus caloris, in secunda unum, in tertia dimidium, &c. *Ibid.*

*Actus.*

*Actus* absolutus, est qui nullam potentiam informat, aut actuat, non est tamen aliquid potentiale: sed actuale. Vt, Angelus. *Ex Arist. 12. Metaphys. c. 3. & 4. & 1. de generat. & corrupt. cap. 4.*

*Actus* absolutus simpliciter, est actus purus, in quo nulla potest concipi ratio potentialitatis, seu qui nullo alio indiget. Vt sit, & existat, qualis est solus Deus.

*Actus* absolutus secundum quid, est ens quod licet sit actuale, est tamen incompletum, indigetque alio ut existat: seu, est id, in quo licet concipere compositionem Metaphysicam. Vt, Angelus. *Ex eodem ibidem.*

*Actus* respectivè, est quidquid aliud informat, & actuat. Vt, anima, calor, *Ex Aristot. 7. Metaphysic. cap. 4. & 9. Metaphysic. cap. 1.*

*Actus* Physicus, est qui cum potentia venit in compositionem realem. Vt, anima. *Ex eodem 2. de anima, cap. 1. 8. Metaphysic. c. 2. & alibi passim.*

*Actus* Metaphysicus, est qui cum potentia compositum Metaphysicum constituit. Vt, existentia, & substantia.

*Actus* substantialis, est qui cum materia prima unum per se constituit. Vt, anima, *Ex eodem 1. Physic. & 1. de anima cap. 1.*

*Actus* accidentalis, est qui rem jam in suo esse constitutam actuat. Vt, color.

*Actus* primus, est forma substantialis, secundus vero est operatio. *Ex D. Thoma 1. 2. quest. 3. art. 2.*

*Actus* accidentalis perfectus, est qui subjectum ita perfectè actuat. Vt non relinquat illud in tentione ad alium actum. Vt, lumen. *Ex Themist. in 2. de anima cap. 19.*

*Actus* accidentalis imperfectus, est via, & tentione



ad ulteriorem formam. Vt illuminatio, qua producitur lumen. *Ex eodem ibidem.*

*Actus vitalis*, est qui fit à principio vitæ conjuncto; ut nutritio.

*Actus humanus*, seu liber, seu moralis, est qui fit ex præscripto rationis, seu ab homine in quantum ratione utitur, & dominus est suorum actuum. Vt, locutio, datio, eleemosyna. *Ex D. Thoma, 1.2. quæst. 1. art. 1.*

*Actus hominis*, seu naturalis, est qui fit ab homine, absque rationis advertentia. Vt, fricatio barbæ.

*Actus hominis*, est qui fit ab homine, vel non advertente, vel impedire non valente ratione; ut oscitatio. *Ex eodem ibidem.*

*Actus elicitus*, est qui immediatè à voluntate tanquam à proximo principio procedit. Vt, volitio boni. *Ex eodem 1.2. quæst. 18. art. 6.*

*Actus imperatus*, est qui ex voluntatis imperio, vel aliqua alia potentia immediatè producitur. Vt, vocalis oratio, profectio in aliquem locum. *Ex eodem ibidem.*

*Actus exercitus*, dicitur cum de re id enunciatur quod se habet à parte rei. Vt, homo est risibilis.

*Actus signatus*, dicitur, prout concipitur aliquid alteri convenire. Vt, cum dico risibile est prædicatum hominis: Seu.

*In actu exercito*, dicitur res prout se habet à parte rei, & exercetur secundum modum essendi realem, quod ei tribuitur. In actu autem signato, dicitur res, concepta per intellectum, & ut ejus actus per aliud, vel in alio exercetur, ut dicimus primas substantias subsistere in actu exercito, secundas verò in actu signato, quia primæ per se, & immediatè exercent actum subsistendi, secundæ verò per primas, & in primis.

### Adeps.

*Adeps*, est sanguis concoctus per bonam nutritionem *Arist. lib. 1. de gener. animal. c. 19. & 2. de part. c. 5.*

Adjura-



*Adjuratio.*

*Adjuratio*, est invocatio divini nominis, quo quempiam deprecando, aut impellendo ad aliquid faciendum, vel non faciendum inducimus. *Ex D. Thom. 2. 2. quæst. 88. art. 2.*

*Admiratio.*

*Admiratio*, est stupor de re nova, & insolita, cujus causa ignoratur, cum desiderio eam cognoscendi. *Ex D. Thom. lib. de mem. & reminisc. lect. 3. & Alberto Magno in 1. Metaphysic. tract. cap. 6.*

*Adoratio.*

*Adoratio*, est actus exterior, quo corporis aliquo gestu reverentiam Deo, & cultum exhibemus. *Ex D. Thom. 2. 2. quæst. 81. art. 7. & 83. art. 1. & 84. art. 2.*

*Adulatio.*

*Adulatio*, est vitium, quo quis studet alicui in omnibus placere propter utilitatem. *Ex eod. 2. 2. quæst. 115. art. 1.*

*Æqualia.*

*Æqualia* sunt ea, quæ ita in quantitate conveniunt, ut neutrum alterum excedat, vel ab altero excedatur. Ut, duo palmi. *Ex Simplicio. in prædicam. Et Alberto Magn. 3. Physic. tract. 2. c. 5.*

*Æqualitas.*

*Æqualitas*, est relatio inter duo quanta, quorum neutrum alterum excedit. Ut, inter duo pedalia. *Ex eisdem ibidem.*

*Æqualitas dimensionis*, seu molis est, quæ duo corpora secundum omnem quantitativam dimensionem, inter se adæquantur. *Ex Alberto Magn. 4. Physic. tract. 1. cap. 13.*

*Æqualitas continentix*, est quæ unum ita alterum continet, ut nihil cum eo possit continere. Ut, locus continet locatum. *Ex eodem ibidem.*



*Æquivocum.*

*Æquivocum* æquivocans est, quod diversa omnino ratione suis inferioribus convenit. Ut, canis, cœlesti, terrestri, & marino, convenit tantum secundum nomen. *Ex Arist. in predicam. cap. 1.*

*Æquivoca* æquivocata, sunt ea, quorum est idem nomen, ratio vero substantiæ nomine significata omnino diversa, ut taurus animal, & taurus mons nullam habent naturam communem hoc nomine (taurus) significatam. *Ex eodem ibid.*

*Æquinoctialis Circulus.*

*Æquinoctialis* circulus, est qui spheram dividit in duas partes æquales, & ab utroque polo secundum essetivi æqualiter distat. *De Sacrobosco in Sphæra.*

*Æquinoctium.*

*Æquinoctium*, est dierum, noctiumque æqualitas, ex solis accessu, ad certa signorum Zodiaci puncta perveniens, fit autem vernum, cum sol arietis, autumnale, cum libræ principium subit. *Ex eodem libro.*

*Æquitas Epiikia.*

*Æquitas*, est virtus, qua quid agitur contra verba legis, eo quod bonum commune: vel ratio virtutis: vel certè id majoris boni postulet. Ut, lex præcipit reddendum depositum, æquitas vetat depositum gladium reddi furioso. *Ex Arist. 5. Ethic. cap. 10. & D. Thoma. 2. 2. quest. 51.*

*Ætas.*

*Ætas* est, illud vitæ spatium, in quo fit calidi & humidissimi, quibus vita ipsa continetur, notabilis mutatio. Ut, infantia, pueritia, adolescentia, juvenus, virilitas, Senectus, & decrepita ætas. *Arist. 7. politic. c. 16.*

Aer

Aer,  
lidum,  
& 4. deA  
fecta po  
sexta. S  
Est p  
rens. VA  
bilis, p  
AngeliA  
proxim  
attenti  
nimis a  
2. 2. quaAlte  
quamc  
Arist. 7Alte  
sensibi  
albatio  
lib. 2. caAlte  
tionem  
tio, fri



## Philosophica.

9

### Aer.

*Aer*, est elementum summè humidum, remissè calidum, secundùm quid leve. *Ex Arist. 2. de generat. cap. 3. & 4. de cælo, cap. 4.*

### Æternitas.

*Æternitas*, est interminabilis vitæ tota simul & perfecta possessio. *Boëtius 5. de consolatione philosoph. Prosa sexta. Seu.*

Est permanens duratio, in esse principio & fine carens. *Vt, duratio Dei. Ex Arist. 1. de cælo cap. 12. textu 121.*

### Ævum.

*Ævum*, est permanens duratio natura sua immutabilis, principium habens: sed finis expers: *Vt, duratio Angeli. Ex Simplic. in 4. Physic. textu 154.*

### Affabilitas.

*Affabilitas*, est virtus, quæ procurat, ut nos cum proximo in rebus seriis ejus, nostrisque, negotiorum attentis circumstantiis gratos, nec nimis blandos, nec nimis asperos exhibeamus. *Ex 4. Ethic. cap. 9. D. Thom. 2. 2. quæst. 114. art. 1.*

### Alteratio.

*Alteratio* latè sumpta, est mutatio ad qualitatem quamcunque. *Vt, calefactio, doctrinæ acquisitio. Ex Arist. 7. Physic. c. 2. & 8. c. 3. & 2. de anima cap. 5.*

*Alteratio* propriè sumpta est motus ad qualitatem, sensibilem, mediam, vel extremam. *Vt frigeffectio, dealbatio. Ex eodem 1. de generat. & corrupt. cap. 1. & 4. & lib. 2. cap. 1. & 6. Physic. cap. 3.*

*Alteratio* corruptiva, est motus prævius, ad generationem, & corruptivus subjecti, in quo fit. *Vt, calefactio, frigeffectio. Ex eodem ibidem, & 7. Physic. cap. 3.*

A 5

Alte-

Aer



*Alteratio* perfectiva est, quæ tendit, non ad corruptionem: sed ad perfectionem subjecti. Ut illuminatio. *Ex eodem 8. Physicæ. cap. 3. & D. Thomæ 1. de cælo. lect. 3.*

*Ambitio.*

*Ambitio*, est inordinatus appetitus honoris. *Ex eodem 4. Moral. Nicom. cap. 4. & D. Thomæ 2. 2. quæst. 121. art. 2.*

*Amicitia.*

*Amicitia*, est amor benevolentiaæ mutuus cognitus. *Ex eodem 8. Moral. ad Nicom. Seu.*

Est quæ aliqui mutuan, apertamque benevolentiam habent, & se vicissim bonis, affici volunt, ob aliquod bonum, & non ob solam jucunditatem. *Ex eodem ibidem.*

*Amor.*

*Amor*, est complacentiâ rei convenientiam habentis cum appetitu à quo est amabilis.

*Amor* amicitiaæ, seu benevolentiaæ est actus voluntatis, quo alicui personæ propter ipsam, bonum volumus. Ut, cum quis amat Deum propter Deum ipsum. *Ex D. Thomæ 1. 2. quæst. 26. art. 4.*

*Amor* concupiscentiaæ, est actus voluntatis, quo quis vult alicui bonum magis præcipuè propter ipsum bonum. Ut, cum sibi vel alteri divitias, aut honores appetit. *Ex eodem ibidem.*

*Ampliatio.*

*Ampliatio*, est acceptio termini, pro diverso tempore, ab eo quod per verbum propositionis significatur, ut justus peccavit, id est, antequam peccare terat justus. *Ex Summulistis.*

*Analogum.*

*Analogum* nomen est, quod partim eadem, partim diversa

dive  
num  
cap. 1.

An  
nomi  
Ut, D

physic  
An  
eadem  
secun

gia no  
An  
malit  
cum  
tura r  
dicam

An  
unum  
ticipa  
Ut, h  
eisdem

An  
prop  
simili  
mine,

An  
gens.  
art. 8.

An  
ei, pot  
Seu.

Est  
intell



diversa ratione, de suis inferioribus dicitur. Ut, sanum de homine, & medicina. *Ex Simplic. in predicam. cap. 1.*

*Analogia* sunt ea, quorum est idem nomen, ratio verò nomine significata, partim diversa, partim eadem est. Ut, Deus, & creatura respectu entis. *Ex Arist. 4. Metaphysic. cap. 2.*

*Analogia* attributionis sunt, quorum est idem nomen eademque ratio secundum terminum, diversa tamen secundum habitudines ad illum. *Cajetanus c. 2. de analogia nominum.*

*Analogia* attributionis intrinsecæ sunt ea, quæ formaliter communem rationem nominis participant cum dependentia unius ab altero. Ut, Deus, & creatura rationem entis. *Ex eodem, & Alberto Magno in predicament. cap. 1.*

*Analogia* attributionis extrinsecæ sunt ea, quorum unum formaliter, & intrinsecè rationem nominis participat, cætera tantum extrinsecè, & denominativè. Ut, homo & medicina rationem sani participant. *Ex eisdem.*

*Analogia* proportionis sunt ea, quæ de uno quidem propriè, de aliis metaphoricè tantum, vel per quandam similitudinem cum primo dicuntur. Ut, ridere de homine, & prato. *Ex Cajetano citato.*

*Angelus.*

*Angelus*, est substantia completa simplex & intelligens. *Ex D. Thoma 1. quest. 3. art. 2. & 50. art. 5. & 65. art. 3.*

*Anima.*

*Anima*, est actus primus corporis organici, Physi-  
ci, potestate vitam habentis. *Aristot. 1. de anim. cap. 1.*  
Seu.

Est principium, quo primum vivimus, sentimus, & intelligimus. *Idem ibidem.*



## Definitiones

*Animal.*

*Animal*, est vivens sensitivum.

*Antecedens.*

*Antecedens*, est id quo posito, aliud sequitur. Vt, est homo, ergo animal. Ex Boëtio topic. 3.

*Antiperistasis.*

*Antiperistasis*, est intentio qualitatis; propter circumstantem: seu obsistentem contrariam. Vt, intentio frigoris in aqua puteali; propter calorem æstivum.

*Appetitus.*

*Appetitus*, est potentia rei, quæ naturaliter propendet in suum bonum, & finem. Sic materia appetit formam, & lapis centrum. Ex D. Thom. 1. quæst. 78. art. 1. & quæst. 80. art. 1. 2. 2. quæst. 8. art. 1.

*Appetitus elicivus*, est potentia qua animal fertur in bonum cognitum. Ex eodem ibidem.

*Appetitus rationalis*, idem est, quod voluntas, estque facultas inclinans in bonum intellectu cognitum. Ex eodem ibidem.

*Appetitus concupiscibilis*, est qui fertur in bonum sensibile absolute, sub ratione boni. Ex eodem 2. 2. quæst. 18. art. 1. & 58. art. 4. quæst. 168. art. 2.

*Appetitus sensitivus*, est qui fertur in bonum solo sensu perceptum. Ex eodem ibidem.

*Appetitus irascibilis*, est qui fertur in bonum sensibile, arduum, & difficile obtentu. Ex eodem quæst. 18. art. 1.

*Appellatio.*

*Appellatio*, est denominatio unius nominis ab alio: seu.

Est applicatio significati per unum nomen, ad significatum per aliud. Vt, Socrates est magnus Philosophus, dictio, magnus appellat Philosophum, non Socratem. Ex Summulistis.

! Appre-

Ap  
quam  
tis. Vt  
cidus,

Aq  
ter hu  
lo. 5. &

Arg  
cato, al  
rale, ef  
Coe  
Ergo  
his com

Argu  
tinum  
lum eff  
Boëtio

Argu  
ventum  
proban  
Argu  
faciend  
bonum

Arit  
torum



*Apprehensio.*

*Apprehensio simplex*, est actio intellectus, rem aliquam absque affirmatione, aut negatione concipientis. Vt, dum cogito solem, non affirmando, quod sit lucidus, aut quid simile. *Comm.*

*Aqua.*

*Aqua*, est elementum, summè frigidum, excellenter humidum, secundum quid grave. *Ex Arist. 4. de cælo. 5. & 2. de gen. & corrupt. cap. 3.*

*Argumentatio.*

*Argumentatio*, est oratio, in qua ex argumento explicato, altera pars concluditur. Vt, omne corpus naturale, est mobile.

Cœlum est corpus naturale.

Ergo mobile. *Ex Arist. 8. topic. cap. 3. Boëtio ibid. & aliis communiter.*

*Argumentum.*

*Argumentum*, id est, quod assumitur ad probandum finem de alio. Vt, corpus naturale, ad probandum cœlum esse mobile. *Ex Arist. Rhetoric. ad Alexand. cap. 14. Boëtio citato, & aliis.*

*Argumentum demonstrativum*, est necessarium inventum, ad generandam scientiam. Vt, habitus ad probandum, quod virtus, sit qualitas. *Ex eisdem.*

*Argumentum topicum*, est probabile inventum, ad faciendam fidem: Vt, si probes Socratem esse virum bonum, quia est Philosophus.

*Arithmetica.*

*Arithmetica*, est scientia, quæ in speculanda numerorum ratione occupatur. *Ex Arist. 12. Metaphysic. cap. 8.*



*Asperum.*

*Asperum*, est cuius partes aliæ prominent, aliæ depressæ sunt. Ex *Arist. in prædicam. de qualitat. & Porphir. ibidem.*

*Ars.*

*Ars*, est habitus, cum vera ratione activus: aut factivus earum rerum, quæ aliter, & aliter fieri possunt. Ex *Arist. 5. Moral. ad Nicom. cap. 4. & 6. cap. 4. & 1. Magn. Moral. 33.*

*Artes liberales*, sunt, quæ ab ingenuis hominibus exerceri solitæ ingenii, potius quam corporis vigorem exigunt; ut Grammatica.

*Artes mechanicæ*, sunt, quæ instrumentis externis, & corporum, ut potissimum exercentur. Ut, Architectonica.

*Assensus.*

*Assensus*, est actus intellectus, objecto adhærentis, propter terminorum evidentiam, medium, vel voluntatis imperium. Sic assentior huic propositioni, homo est animal: propter evidentem terminorum connexionem, huic autem, homo est risibilis: propter hoc medium rationale, & huic, homo justus, est beandus: propter voluntatis imperium jubentis assentiri divinæ authoritati. Ex *D. Thom. 2. 2. quest. 1. art. 4. & quest. 2. art. 2.*

*Astrologia.*

*Astrologia*, est scientia, quæ in syderum contemplatione versatur. Ex *Arist. 12. Metaph. c. 8.*

*Astutia.*

*Astutia generatim*, est ratio, aliquid agendi modo occulto. Ex *D. Thom. 2. 2. quest. 55. art. 5.*

*Astutia*, ut speciale vitium, est notitia pravorum mediocriorum.

diorum  
ibid. a

At  
mo ju

Ar  
rum, v  
ad Nic  
art. 1. &

Au  
bonu  
Au  
tionis  
do, ve  
127.

Au  
dition  
Ut, du  
Aug  
ris alin  
stantia

Au  
subiect  
circa e  
ci. Ut,  
scienti  
repetit

Aug  
object  
ies con



diorum, ad fallendum idoneorum, cum affectu. *Ex eod. ibid. art. 3. & quest. 51. art. 4.*

### Attributum.

*Attributum*, est quidquid de aliquo dicitur. *Ut, homo justus, de Petro. Ex Summulistis.*

### Avaritia.

*Avaritia*, est inordinatus affectus, vel acquirendarum, vel conservandarum opum. *Ex Aristot. 4. Moral. ad Nicom. cap. 1. de virt. & vitiis. & D. Thom. 2. 2. quest. 118. art. 1. & 8.*

### Audacia.

*Audacia*, ut passio appetitus; est tendentia vitalis in bonum, obtentu difficile.

*Audacia*, ut vitium, est vitium, quo quis justum rationis modum excedit, in aggrediendis periculis, quando, vel quo modo non convenit. *Ex D. Thom. 2. 2. quest. 127.*

### Augeri.

*Augeri* per juxtapositionem, & excrescere, per additionem novarum partium, ad priores jam existentes. *Ut, dum aquæ additur alia aqua, aut igni lignum.*

*Augeri* per intus susceptionem, est receptio in prioris alimento, & virtute vegetatricis animæ, in aliti substantiam converso vivens excrescere.

*Augeri* extensivè, est qualitatem, vel in eadem parte subjecti plures ejusdem entitatis gradus suscipere vel circa eandem objecti partem magis magisque perfici. *Ut, dum calor in eadem manus parte intenditur, & scientificus habitus circa eandem conclusionem, per repetitos actus.*

*Augeri* extensivè, est qualitatem ad plures partes, vel objecti, vel subjecti sese extendere. *Ut, scientia, ad plures conclusiones, lumen, ad plures aëris partes.*

*Axioma.*



*Axioma.*

*Axioma*, seu dignitas, seu effatum, est propositio indemonstrabilis, quam necesse est tenere, eum qui addiscere aliquid instituit. Vt, de quolibet vera est affirmatio, aut negatio. *Arist. 1. poster. cap. 2.*

*Axis.*

*Axis Sphæaræ*, est linea immota, transiens per centrum, circumferentiamque, circa quam Sphæra volvitur. *Ex Arist. lib. de mundo c. 2. Et Sacrobosco in Sphæra.*

*Beatitudo.*

**B***eatitudo*, est status omnium bonorum aggregatione perfectus. *Boët. de Consol. Prosa. 3.*

*Beatitudo* objectiva, est res ea, cujus possessione beatus, quis efficitur. *Ex D. Thom. 1. 2. quæst. 2.*

*Beatitudo* formalis, est actus ille, quo beatitudinem objectivam, percipiendo, formaliter beatus quis redditur. Vt, secundum Divum Thomam clara, & intuitiva Dei visio, secundum Scotum, amor Dei clarè visi.

*Beneficium.*

*Beneficium*, est benevola actio, tribuens gaudium, capiensque tribuendo in se quod facit prone, & sponte sua parata. *Seneca lib. 2. de Benefic.*

*Benevolentia.*

*Benevolentia*, est actus voluntatis quo alteri bonum desideratur. *D. Thom. 2. 2. quæst. 27. art. 1.*

*Bilis.*

*Bilis flava*, est humor unus ex primis, siccus, & calidus. *Ex Aristot. Problem. sect. 1.*

*Bilis atra*, est humor unus ex primis, siccus, & frigidus. *Ex eodem de sompnis cap. 3.*

Blas-

Blas  
sonam  
Blas  
irrogat

Bon  
cap. 1

Bon

Vt, De

Bon

conve

cap. 10

Bon

nem b

eodem

Bon

Deus

Bo

bi del

Bon

natur

14. ar

Bon

recta

Et 1.

B

quoc

nia. 1

B

perc

B

tion

B



## Blasphemia.

Blasphemia generatim, est convitium factum in personam, alicujus dignitatis, & excellentiæ.

Blasphemia propriè, est contumelia in Deum verbis irrogata. Ex D. Thom. 2.2. quæst. 13. art. 1.

## Bonum.

Bonum, est id quod omnia appetunt. Ex Arist. 2. Ethic. cap. 1. vel

Bonum, est quod habet convenientiam cum appetitu. Ut, Deus, cum voluntate. Ex eodem ibidem.

Bonum verum, est quod habet formaliter rationem convenientiæ, & appetibilis. Ut, beatitudo. Ex eodem 2. cap. 10. & 5. Met. cap. 2.

Bonum apparens, est quod existimatur habere rationem boni, quamvis non habeat. Ut, occisio inimici. Ex eodem ibidem.

Bonum absolute, est id cui nulla deest perfectio. Ut, Deus. Ex eod. 7. ad Nicom. cap. 13.

Bonum in suo genere, est cui nulla deest perfectio sibi debita. Ut, sol. Ex eodem ibidem.

Bonum naturale, est quod est conforme, & conveniens naturæ alicujus. Ut, cibus homini. Ex D. Thom. 1.2. quæst. 54. art. 3.

Bonum morale est, quod habet conformitatem cum recta rationis regula. Ut, virtus. Ex eod. 1. quæst. 49. art. 3. Et 1.2. quæst. 71. art. 2.

Bonum utile est, quod appetitur: propter aliud, ad quod acquirendum, vel fruendum conducit. Ut, pecunia. Ex eod. 1.2. quæst. 19. art. 5. Et 2.2. quæst. 45. art. 3.

Bonum delectabile, est quod cum sensu & voluptate percipitur. Ut, pomum. Ex eodem ibidem.

Bonum honestum est, quod conforme est rectæ rationi, & cum morali recurrit. Ut, pietas. Ex eod. ibid.

Bonitas entis, seu transcendens, est entis perfectio.

Calor.



*Calor.*

**C**alor, est qualitas, per se congregans homogenea, per accidens heterogenea, *Ex Arist. 2. de generat. c. 1. & Aphrod. 4. Meteor. Comm. 1.*

Calor naturalis, est primum naturæ instrumentum, ad sua munia obeunda. *Ex Aristot. 1. de generat. & corrupt.*

*Caro.*

Caro, est substantia, animata, humida, & calida, ex tenui sanguinis portione producta, *Ex Arist. 2. de partibus animal. c. 2. & 3. de hist. animal. cap. 6.*

*Cartilago.*

Cartilago, est pars corporis homogenea, carne durior, osse mollior, ex terrestriori seminis portione genita, *Ex eod. 3. de hist. animal. c. 2. 7. & 9.*

*Castitas.*

Castitas, est virtus, quæ veneris concupiscentiam, rationis moderamine cohibet. *Ex D. Thom. 2. 2. quæst. 151. art. 2.*

Castitas conjugalis, est quæ, quis proponit in matrimonio ab illicitis voluptatibus abstinere, & licitis moderate uti. *Ex eod. quæst. 152. art. 3.*

Castitas vidualis, ex quæ conjux disuncto conjugæ, ab omni re venerea abstinere, firmiter statuit. *Ex eodem ibidem.*

*Casus.*

Casus, est causa per accidens, in iis, quæ non agunt ex electione. Ut, tegula labens est causa vulneris. *Ex Arist. 2. Physic. cap. 5. & 6.*

Care.

Categ  
dicatur  
Summu

Categ  
tum. U  
cament.

Cauj  
pende  
sarium  
cogno  
Arist. 1.

Cauj  
nem a  
gnosce

Cauj  
accipi  
bricenj

Est

Dispu

Cauj  
si cau  
virtua

Cauj  
pende

Physic

Cauj  
sa, ad

ibiden

Cauj  
git eff

rist. 2.



## Categoriema.

*Categoriema*, est terminus, qui potest per se esse predicatum, vel subjectum enunciationis. Ut, homo, *Ex Summulistis.*

## Categoriia.

*Categoriia*, est realis ordo, & dispositio categoriematum. Ut, substantia, quantitas, &c. *Ex Arist. in pradicament. & 5. Metaphys. cap. 12.*

## Causa.

*Causa latè*, est id quo aliud in fieri, vel cognosci dependet, quodve ad illud est, quocumque modo necessarium. Ut, Architectus domus faciendæ, fumus ignis cognoscendi, & generationis causa privatio dicitur. *Ex Arist. 12. Meta. cap. 2. & 2. Physic. cap. 5. & 2. post. cap. 11.*

*Causa cognoscendi*, est quæ nos ducit in cognitionem alterius. Ut, vestigium pulveri impressum feræ cognoscendæ. *Ex Cajetano 1. post. cap. 1.*

*Causa essendi*, seu realis, est à qua effectus suum esse accipit; seu est, id à quo aliud per se dependet. *Conimbricenses 2. Physic. c. 3. quest. 1. Seu.*

Est principium, per se influens esse id aliud. *Suarez. Disput. 2. Metaphysic. sect. 2.*

*Causa virtualis*, ea est, à qua res suum esse acciperet, si causam habere posset: sic immutabilitas, est causa virtualis æternitatis.

*Causa prima*, est à qua cæteræ omnes in causando dependent, ipsæ verò à nulla. Ut, Deus. *Ex D. Thom. 2. Physic. lect. 6. & 1. quest. 19. art. 8.*

*Causa secunda*, est quæ indiget concursu primæ causæ, ad producendum effectum. Ut, res creatæ. *Ex eodem ibidem.*

*Causa proxima*, est quæ per se, & immediatè, attingit effectum. Ut, ignis est causa proxima caloris. *Ex Arist. 2. Physic. c. 3. & 1. post. cap. 11.*

Causa



*Causa remota*, est quæ tantum mediante alia causa, ad effectum concurrat. Sic animal respirationis est causa remota, pulmo proxima. *Ex eod. ibid.*

*Causa adæquata*, est à qua omni, solaque procedit effectus. Vt, homo respectu risibilitatis. *Ex Cajetano in primum post cap. 10.*

*Causa inadæquata inferior*, est à qua omni; sed non sola, effectus producit. Vt, ignis caloris. *Ex eod. ibid.*

*Causa inadæquata superior*, est à qua sola; sed non omni, pendet effectus. Vt, animal respirationis. *Ex eodem ibidem.*

*Causa univoca*, est quæ producit effectum ejusdem speciei. Vt, leo, leonem. *Comm.*

*Causa æquivoca*, est quæ producit effectum, diversæ speciei à se. Vt, sol, aurum. *Comm.*

*Causa universalis*, est quæ concurrat ad omnes, vel quamplurimos effectus, aliarum causarum. Vt, cælum. *Comm.*

*Causa particularis*, est quæ certos tantum, & determinatos effectus, potest producere. Vt, homo hominem, ignis ignem. *Comm.*

*Causa principalis*, est quæ per virtutem principalem vel æquè nobilem, vel ignobiliorem producit effectum. Vt, ignis respectu alterius ignis & caloris. *Suarez. disp. 17. Met. sect. 2.*

*Causa instrumentalis*, est quæ elevatur ad producendum effectum virtute causæ alterius, ut plurimum se nobiliorem. Vt, virtus seminalis, respectu viventis, aqua baptismalis, respectu gratiæ, penicillus, respectu imaginis. *Ex eodem disp. 17. Metaphys. sect. 1. Ex Arriaga. disp. 11. Physic. sect. 3.*

*Causa efficiens*, est id unde est primum principium motus, & quietis. *Arist. 5. Metaph. c. 2. & 2. Physic. c. 3. Seu.*

Est principium primum, à quo per se pendet actio, vel motus, & effectus. *Ruuius in 2. Physic. c. 3. qu. 1. Seu.*

Est quæ per se tribuit effectui esse extrinsecè ex præciso conceptu causæ efficientis. *Arriaga. disp. 9. Physic. sect. 1.*

Causa



*Causa materialis*, est quæ concurrat ad effectum, recipiendo, & sustentando formam. Vt, corpus respectu animæ. *Ex Arist. 1. Met. c. 1. & 5. c. 4.*

*Causa formalis*, est quæ dat esse effectui in formando materiam. Vt, anima, respectu corporis. *Ex eodem ibidem.*

*Causa finalis*, est cujus gratia effectus ab agente procedit. Vt, habitatio domus. *Ex eodem ibidem.*

*Causa per se*, est quæ proprie, & per se, influit in effectum. Vt, jugulans, causa est mortis. *Ex eodem 5. Metaphysic. 2.*

*Causa per accidens*, est quæ non influit esse in effectum: sed conjuncta est tantum cum causa per se. Vt, cum dico musicus ædificat. *Ex eodem ibidem.*

*Causa moralis*, est quæ jubente, consentiente, vel præsentate, & non impediente, cum potest, & debet producit effectus. Vt, qui jubet seruo alium occidere, & qui non impedit occisionem, cum possit, & debeat, & qui eam suadet.

*Causa totalis*, est quæ sola in suo genere, producit effectum. Vt, sol lucem. *Comm.*

*Causa partialis*, est quæ cum alia, in eodem genere, ad effectus productionem concurrat. Vt, duo equi, trahentes currum. *Comm.*

*Causa in potentia*, est quæ habet quidem vim producendi effectum, non tamen producit. Vt, qui potest scribere, nec scribit. *Ex Arist. 2. Physic. c. 3.*

*Causa in actu*, est quæ reipsa influit esse in aliud. Vt, qui scribit. *Ex eodem ibidem.*

*Causa libera*, est quæ positis omnibus ad agendum requisitis, potest agere, vel non agere. Vt, homo studere, vel non studere. *Comm.*

*Causa naturalis*: seu necessaria, est quæ positis omnibus ad agendum requisitis, non potest, non agere. Vt, ignis non calefacere, non potest. *Comm.*

*Causa intrinsecæ*, sunt quæ per propriarum entitatum communicationem, ad effectus productionem concurrunt.

concurrunt



concurrunt, Ut, materia, & forma. *Ex Arist. 12. Metaphys. cap. 14.*

*Causa extrinsecæ*, sunt quæ ita in effectum influunt, ut sint extra ejus essentiam. Ut, finalis, & efficiens. *Ex eodem ibidem.*

*Causa ejusdem ordinis*, sunt quarum utraque, est supernaturalis, vel principalis, aut utraque naturalis, vel instrumentalis. Ut, materia & forma in generatione.

*Causa diversi ordinis*, sunt quarum una est supernaturalis, vel principalis, altera naturalis, vel instrumentalis. Ut, Deus, & creatura, homo, & calamus.

*Causa ejusdem generis*, sunt quæ eundem habent in effectum influendi modum. Ut, duæ efficientes, duæ materiales.

*Causa diversi generis*, sunt quæ diversa influendi ratione ad effectus productionem concurrunt. Ut, finis, & efficiens, materia, & forma.

*Causæ subordinatæ*, sunt quarum una, sine alterius consortio, agere non potest. Ut, calamus manui subordinatur. *Comm.*

*Causæ non subordinatæ*, dicuntur eæ quarum neutra pendet ab altera in agendo. Ut, duo ignes. *Comm.*

### Causalitas.

*Causalitas*, est id quo primò posito, res denominatur actu causa; seu quo mediante causa producit effectum. Ut, actio, respectu efficientis. *Ex Aristot. 1. de anima, cap. 1.*

### Causandi virtus.

*Causandi virtus*, est id, per quod res constituitur causa, in actu primo, potens in effectum influere. Ut, calor, in igne, bonitas, in fine. *Ex eodem ibidem.*

Centrum



*Centrum.*

*Centrum*, est punctum, à quo omnes lineæ ad circumferentiam ductæ, sunt æquales. *Sacrobosco, in Sphaera.*

*Cerebrum.*

*Cerebrum*, est substantia humida, & frigida, alba & medullaris, ex subtiliori seminis, & spirituum portione, procreata. *Ex Aristot. 3. de histor. animal. & 2. de part. animal.*

*Certitudo.*

*Certitudo*, est firmitas adhesionis, virtutis cognoscitivæ ad suum cognoscibile. *D. Thom. 3. dist. 26. quest. 2. art. 4. Seu.*

Est firma adhesio intellectus ad objectum. *Ex ead. 2. 2. quest. 4. art. 8.*

*Circulus.*

*Circulus* Logicus, committi dicitur, cum ex uno, ut causa, deducimus aliud, ut effectum, & ex hoc iterum, ut causa, in prioris, ut effectus cognitionem regredimur. *Ut, si ex rationali, tanquam ex causa, inferas risibile, & ex risibili, velut ex causa rationale. Ex Arist. 1. post. cap. 3.*

*Circulus* lacteus, est multitudo minimarum stellarum, in firmamento, quæ cum præ exiguitate, ad aspectum distincte pervenire nequeant, lumen confundunt, & permiscent. *Seu.*

Sunt partes, firmamenti densiores, quàm reliquæ minus densæ, quàm astra, quæ ex reflexione solis, siderumque luminis candorem illum emittunt.

*Clemen-*



*Clementia.*

*Clementia*, est virtus quæ infligendis superiorum, in inferiores punitionibus modum adhibet. *Ex D. Thom.* 2. 2. *quæst.* 157. *art.* 1. & 2.

*Cælum.*

*Cælum*, est corpus simplex, primarum qualitarum, & corruptionis expers, seu.

*Cælum*, est substantia corporea, existens in potentia ad ubi solum, ingenerabile, & incorruptibile. *Albert.* *Magn.* *de causa, & process. causa.* 1. *lib.* 2. *tract.* 1. *c.* 3.

*Colera.* Vide bilis flava.

*Cognitio.*

*Cognitio*, est actio vitalis potentiae, in se objecti, similitudinem exprimentis. Ut, visio, intellectio. *Ex D. Tho.* 1. *part.* *quæst.* 85. & 86.

*Cognitio* quidditativa, est quæ clarè rei essentiam intelligimus. Ut, hominem esse animal rationale. *Ex eodem ibidem.*

*Cognitio* comprehensiva, est quæ cognoscitur objectum, quantum est in se cognoscibile. Ut, Angelus, cognoscit totum hominem, in quantum cognosci potest. *Ex eodem.* 1. *quæst.* 12. *art.* 7. & 40. *art.* 3.

*Cognitio* abstractiva, est quæ intellectus fertur, in essentiam rei, abstrahendo ab existentia, quæve unum cognoscitur, in alio. Ut, cum cognosco absentem, per speciem intelligibilem, vel Phantasma. *Ex eodem.* 1. *quæst.* 56. *art.* 3. & *quæst.* 83. *art.* 1.

*Cognitio* intuitiva, est quæ percipitur objectum existens, & præsens immediate, in se, & non in alio. *Ex eodem ibidem.*

*Comparatio.*

*Comparatio*, est actus intellectus unum cognoscentis, in ordine ad aliud, vel cum alio, *Commun.*

*Compa.*

*Com*  
firmat  
*Comm.*  
*Com*  
firmati  
ad aliu

*Com*  
sata, &

*Comp*  
bus sub  
homo e  
*Comp*  
& realit  
ma & c  
*Compo*  
dem rea  
intellig  
*Comp*  
jecto, &

*Conce*  
nis term  
est.

*Conce*  
express  
tellesti

*Conce*  
gnosce  
scitur.



*Comparatio composita*, est qua intellectus actu affirmat, unum inesse alteri. Ut, homo est animal.

*Comm.*

*Comparatio simplex*, est qua intellectus, absque affirmatione, & negatione, unum apprehendit in ordine ad aliud. Ut, patrem ad Filium.

*Cometa.*

*Cometa*, est exhalatio pinguis, crassa, bene coagmen-  
tata, & accensa. Ex *Arist. 1. Meteor. cap. 7.*

*Compositum.*

*Compositum substantiale*, est quod constat ex parti-  
bus substantialibus, materia, videlicet, & forma. Ut,  
homo ex corpore & anima. Ex *Arist. 7. Metaph. cap. 7.*

*Compositum Physicum*, est quod ex partibus realibus,  
& realiter inter se distinctis coalescit. Ut, homo ex ani-  
ma & corpore. Ex eodem *ibidem.*

*Compositum Metaphysicum*, est quod ex partibus qui-  
dem realibus, sola tamen ratione distinctis constitui  
intelligitur. Ut, homo ex animali, & rationali.

*Compositum accidentale*, est quod conflatur ex sub-  
jecto, & accidente. Ut, album ex nive, & albedine.

*Conceptus.*

*Conceptus mentalis in universum*, est vel intellectio-  
nis terminus, vel ejus objectum quatenus objectum  
est.

*Conceptus formalis*, est vitalis repræsentatio, & species  
expressa, objecti in intellectu. Ut, imago domus, per in-  
tellectionem producta.

*Conceptus objectivus*, est res ea, quæ intellectui co-  
gnoscenda objicitur. Ut, domus prout à mente cogno-  
scitur.

R

*Concretum.*



*Concretum.*

*Concretum* nomen, est quod habet compositum, significandi modum. *Ex Summulistis.*

*Concretum* Physicum, est quod ex forma Physica, & subiecto, per realem compositionem coalescit. Ut, album, ex pariete & albedine. *Ex iisdem.*

*Concretum* Metaphysicum, est quod ex forma Metaphysica, & eius modo essendi, per compositionem rationis constituitur. Ut, homo, ex humanitate, & substantia *Ex iisdem.*

*Conclusio.*

*Conclusio* formaliter sumpta, dicitur enunciatio, pro ut dependet ab antecedente, & ab eo veritatem sortitur. Ut, homo est animal. Ergo vivens. *Ex Aristot. in libris prior. & interpret. ibidem.*

*Conclusio* materialiter accepta, dicitur enunciatio, probanda nondum tamen in argumentatione disposita. Ut, lapis est corpus. *Ex iisdem.*

*Conclusio* directa, est in qua maius extremum praedicatur. Ut,

Homo est animal.

Plato est homo.

Ergo Plato est animal. *Ex iisdem.*

*Conclusio* indirecta, est in qua maior extremitas, minori subicitur. Ut,

Omne animal, est vivens.

Omnis homo est animal.

Ergo aliquod vivens est homo. *Ex iisdem.*

*Conditio.*

*Conditio* sine qua non, est aliquid necessarium, ut effectus fiat, in eum tamen nihil influens. Ut, indistantia, inter agens & passum,

*Conno-*



*Connotare.*

*Connotare*, est cum una re, aliam consignificare. Vt, cognitio, connotat objectum. *Ex iisdem.*

*Connotativum.*

*Connotativum* nomen, est quod ut perfecte significet, & intelligatur, aliud connotat. Vt, pater, filium. *Ex iisdem.*

*Consequens.*

*Consequens*, est id quod alio posito, necessario sequitur, ut risibile, posito rationali. *Ex Arist. 12. Metaphysic. cap. 12.*

*Consequentia.*

*Consequentia*, est oratio, in qua ex uno infertur aliud. Vt, est animal ergo sentit. *Ex Summulist.*

*Consequentia materialis*, est quæ vi solius materiae, non autem propter dispositionem terminorum concludit. Vt, est vivens ergo animatum. *Ex Summulistis.*

*Consequentia formalis*, est quæ concludit, vi formæ, adeo ut si eadem semper forma fervetur, in omni materia, semper bona inferatur conclusio. Vt, omnis homo est rationalis.

Petrus est homo.

Ergo rationalis. *Ex iisdem.*

*Contactus.*

*Contactus* suppositi, dicitur, cum agens immediate, per suam entitatem, conjunctum est passo. Vt, Deus omni rei creatæ in quam agit.

*Contactus* virtutis, dicitur, cum agens, mediante sua virtute attingit passum. Vt, sol aërem, medio lumine.

*Contactus* Mathematicus, est indistantia duorum corporum, secundum suas quantitates se contingentium,



sive inter se agant, sive non. Ut, duo coeli, & in eodem pariete duo lapides se contingunt.

*Contactus* Physicus, est in distantia rerum duarum quarum una in alteram agit, vel utraque in invicem. Ut, calor manum, & aër aquam contingit.

*Contactus* Metaphysicus, est unio indistantiæ duarum rerum spiritualium. Ut, cum duo, pluresve Angeli sunt in eodem loco.

### Continere.

*Continere* formaliter aliquid, est illud in se, actu, & seipsa habere. Ut, ignis calorem.

*Continere* eminenter, est non habere quidem actu, sed habere æquivalentem perfectionem vel virtutem illam producendi. Ut, homo, continet eminenter perfectionem bruti, quia habet ei æquivalentes, & nobiliores, & sol, eminenter continet calorem, quia potest illum producere. *Comm.*

### Continentia.

*Continentia* latè, est virtus quædam, quæ, quis ab omni delectatione venerea se cohibet. *D. Thom. 1.2. quæst. 58. art. 2. & 2.2. quæst. 43. art. 3.*

*Continentia* propriè, est virtus, per quam pravus, ac vehementibus, cupiditatibus, ad tactum spectantibus, aliquid resistit. *Ex eodem 2.2. quæst. 155 art. 1.*

### Contiguum

*Contiguum*, est cujus extrema sunt simul. Ut, duo digiti. *Ex Arist. 1. Physic. cap. 1.*

### Contingens.

*Contingens*, est quod potest se aliter habere: seu quod potest esse, & non esse. Ut, Socratem esse Philosophum. *Ex Aristot. 3. de interpretat. cap. ultimo. Et in lib. prior. passim.*

Contra-

Contra-  
de non  
homo.  
opposit

Conti-  
distant  
calor,  
Conti-  
ri pote  
ibidem  
Conti-  
mediu  
dem ibi

Contra-  
gnum  
Contra-  
rum pr  
tate. U  
le, est v  
Contra-  
titas,  
nullus  
Contra-  
titas, i  
omne  
eodem  
Contra-  
ta quar  
tremis  
non es  
Summ



*Contradictoria.*

*Contradictoria*, sunt ea, quorum unum de ente, alterum de non ente, sine medio dici necesse est. Ut, homo non homo. *Ex Arist. Metaphysic. 10. cap. 4. Et in Præd. cap. de oppositis.*

*Contraria.*

*Contraria*, sunt ea, quæ sub eodem genere maximè distant, & se vicissim expellunt ab eodem subjecto. Ut, calor, & frigus. *Ex eodem ibidem.*

*Contraria immediata*, sunt ea, inter quæ nullum dari potest medium. Ut, siccitas, & humiditas. *Ex eodem ibidem.*

*Contraria mediata*, sunt ea, inter quæ datur aliquod medium. Ut, inter albedinem, & nigredinem. *Ex eodem ibidem.*

*Conversio.*

*Conversio*, est unius rei, in aliam transitio. Ut, dum lignum in ignem mutatur.

*Conversio enunciationum*, est commutatio extremorum propositionis, servata essentiali qualitate, & veritate. Ut, nullum vitium est laudabile, nullum laudabile, est vitium. *Ex Arist. 1. prior. cap. 1.*

*Conversio simplex*, est ea, in qua servatur eadem quantitas, nulla addita particula. Ut, nullus homo est lapis, nullus lapis est homo.

*Conversio per accidens*, est ea, in qua mutatur quantitas, ita ut ex universali fiat particularis, aut contra, ut omne animal, est vivens, aliquod vivens est animal. *Ex eodem ibidem.*

*Conversio per contrapositionem*, est ea, in qua servata quantitate, per additionem negationis ex finitis extremis simplicibus fiunt infinita. Ut, aliquod animal, non est equus, ergo aliquod, non equus est, non animal.

*Summulista.*



*Cor.*

*Cor*, est pars animalis heterogenea, in ejus medio sita vitæ principium, & spirituum vitalium officina. Ex *Arist.* 3. de hist. animal. cap. 17. & 2. de part. animal. cap. 2. & 3. cap. 11.

*Corpus.*

*Corpus Physicum*, est quod constat materia, & forma Physicis. Ex *Arist.* 1. de cælo. cap. 1. & 1. de hist. animal.

*Corpus Metaphysicum* est substantia corporea completa. Ex *Arist.* 1. Metaphysic.

*Corpus Mathematicum*, est quantitas, constans ex longitudine, latitudine, & profunditate. Ex *Aristot.* in prædicam. cap. de quant.

*Correlatum, seu Correlativum.*

Vide relativum.

*Corruptio.*

*Corruptio* latè, est transitus ab esse, ad non esse rei, seu substantialis, seu accidentalis. Ut, interitus hominis, delitio luminis in aëre. Ex *Arist.* 5. Physic. cap. 1. & 2. de generat. & corrupt. cap. 2.

*Corruptio* propriè, est mutatio, ab esse formæ substantialis, ad non esse ejusdem in materia. Ex eodem ibidem.

*Creatio.*

*Creatio* est actio, qua aliquid ex nihilo producitur. Ut, Angeli productio. Ex *D. Thom.* 1. quest. 45. art. 2. & quest. 46. art. 2.

*Crudelitas.*

*Crudelitas*, est atrocitas animi, in exigendis pœnis: Seu.

Est vitium, quo quis justum puniendi modum excedit.

cedit,  
patient

Cult  
hibitus

Cur  
inutile  
randar  
quest. 1

Cur  
tiam a  
attinet  
folius

Cuti  
genita  
Arist.

D  
ve  
cap. 2

De  
signifi  
rist. 2.

De  
Ex co



cedit, ex asperitate animi, malo alterius minimè com-  
patientis. *Ex D. Thom. 2. 2. quest. 101. art. 3.*

*Cultus.*

*Cultus*, est honor, cum aliqua submissione nostri ex-  
hibitus. *Ex eodem ibidem. art. 2.*

*Curiosus.*

*Curiosus*, est qui majorem curam circa rem aliquam  
inutilem cognoscendam, vel efficiendam, vel compa-  
randam, adhibet quam ratio postulet. *Ex eodem 2. 2.  
quest. 167. 0.*

*Curiositas.*

*Curiositas*, est vitium, quo quis superfluam diligen-  
tiam adhibet, ut aliquid sciat, quod nihil ad ipsum scire  
attinet, aut quod captum ipsius superat, idque affectu,  
soli cognitionis. *Ex eodem ibidem.*

*Cutis.*

*Cutis*, est pars similis, sicca, & frigida, ex semine  
genita, tegendo, & ornando corpori, à natura instituta.  
*Arist. 2. de hist. anim. cap. 11. & alibi passim.*

*Decretio.*

*Decretio*, est quantitatis in composito Physico vi-  
vente praesertim deperditio. *Ex Aristot. 2. Physic.  
cap. 2.*

*Definitio.*

*Definitio nominis*, est oratio, qua explicatur nominis  
significatio. Ut, Philosophia, est amor sapientiae. *Ex A-  
rist. 2. post. cap. 10.*

*Definitio rei*, est oratio, declarans essentiam definiti.  
*Ex eodem 3. Metaphys. cap. 7.*

B

Defini-



*Definitio* essentialis, est oratio rem explicans, per genus proximum, & propriissimam differentiam. Ut, homo, est animal rationale. *Ex eodem 2. post. cap. 13.*

*Definitio* causalis est, quæ rei naturam per unam, pluresve ejus causas explicat. Ut, homo, est animal constans ex corpore recto, & animo rationis compote, à Deo conditum, ad æternam beatitudinem. *Ex eodem ibidem.*

*Definitio* accidentalis: seu, descriptio, est oratio, quæ datur per genus, & unam pluresve proprietates defini. Ut, homo, est animal risibile. *Ex eodem 2. post. cap. 13.*

*Definitio* positiva, est quæ rei quidditatem, terminis positivis appetit. Ut, supra dicta. *Ex eodem ibidem.*

*Definitio* negativa, est quæ rei natura terminis negativis declaratur. Ut, Deus, non est mortalis, non corporeus, &c.

### *Definitum.*

*Definitum* proximum, est quod est ens per se, univocum, & species subalterna, vel infima, cui per se, & immediate convenit definitio. Ut, homo corpus. *Ex eodem 2. post. cap. 14.*

*Definitum* remotum, est quod alio mediante, definitione explicatur. Ut, individua, media specie. *Ex eodem ibidem.*

### *Delectatio.*

*Delectatio*, est actus appetitus in boni adepti fruitione sibi complacentis. *Ex Arist. 1. de anim. cap. 5. Et D. Thoma 1. 2. quæst. 1. art. 1. ad 3.*

### *Demonstratio.*

*Demonstratio*, est syllogismus efficiens scientiam. *Arist. 1. post. cap. 2. Seu.*

Est syllogismus, constans, ex immediatis, primis, veris,



Veris, prioribus, notioribus, ac causis conclusionis, & universalibus. *Ex eodem ibidem.* Seu.

Est instrumentum, quo quid verum, quid falsum, quid bonum, quid malum, cognoscitur. *Ammo in predicament.*

*Demonstratio*, à priori, seu à causa, seu propter quid, & Græcè DIOTI, est syllogismus, in quo ex causa, necessario concluditur effectus. Ut, omne rationale, est admirativum, omnis homo est rationalis.

Ergo omnis homo est admirativus. *Ex Aristot. 1. post. cap. 2.*

*Demonstratio*, à posteriori, seu ab effectu, à signo, quia & Græcè OTI, est syllogismus, in quo ex effectus cognitione, devenimus in causæ cognitionem. Ut,

Omne risibile est rationale.

Sed omnis homo est risibilis.

Ergo omnis homo est rationalis. *Ex eodem ibidem.*

### Denominatio.

*Denominatio* propriè, est actio, qua rem aliquam, à forma accidentali denominamus. Ut, cum nivem albam ab albedine dicimus. *Ex Ammo. & Alberto Magn. in predicam.*

*Denominatio* intrinseca, est quæ petitur à forma rei denominatæ inhaerente. Ut, in igne denominatio calidi sumitur à calore qui igni inest. *Ex eodem ibidem.*

*Denominatio* extrinseca, est quæ desumitur à forma, non inexistente rei denominatæ: sed potius denominanti, vel ab actu potentiæ versantis circa objectum. Ut, paries, dicitur dexter à dextera quæ non inest in eo, sed in homine, & dicitur visus à visione, quæ est in oculo. *Ex Alensi 2. Metaphys.*

### Denominans.

*Denominans*, est nomen, à quo aliud adducitur, secundum



cundum significationem, & terminationem. Ut, pietas, à qua pius. *Simplic. in predicam. quest. 18.*

### Denominativa.

*Denominativa*, sunt ea, quæ ab aliquo orta, differentia casu, secundum nomen appellationem habent. Ut, sapiens à sapientia. *Arist. in antepred. cap. 1.*

*Denominativum*, est quod ab aliquo secundum vocem, & significationem deducitur. Ut, iustus, à iustitia. *Ex Simplic. in pred. quest. 18.*

### Denominatum.

*Denominatum*, est quod habet in se formam denominantem. Ut, homo, qui pietatem habet in se. *Ex eodem ibidem.*

### Densitas.

*Densitas*, est modus quantitatis, in multa materia parvam extensionem habentis. *Ex Aristot. 3. de celo, cap. 1.*

*Densum*, est quod habet multum materia, sub parva extensione. *Ex eodem ibid. Seu.*

*Densum*, est cujus partes inter se ita coherent. Ut, nihil alieni corporis admittant. *Ex Aristot. in pred. cap. de qualitat. & Porph. ibid.*

### Dentes.

*Dentes*, sunt ossicula ori inserta, ad cibi contritionem, & vocis formationem, animalisque præsidium, à natura instituta. *Ex Arist. 2. de part. animal. cap. 4. & 5. de generat. animal. cap. 7.*

### Dependentia.

*Dependentia*, est relatio alicujus ordinis posterioris, ad prius. Ut, dependentia creaturæ à Deo, accidentis à subjecto. *Comm.*

### Descen-



*Descensus.*

*Descensus*, est universalis ad singularia sufficienter enumerata progressio. *Ex Summul. Seu.*

Est acceptio nominis communis per ea omnia quæ actu significat. *Ex iisdem.*

*Descensus* copulativus est, qui fit per conjunctionem (&) copulativè acceptam, id est, necentem integras enuntiationes. Verbi gratia. Omne animal, est vivens. Ergo, & omnis homo est vivens, & omne brutum est vivens.

*Descensus* copulatus, est qui fit per conjunctionem (&) copulativè acceptam, id est, necentem multa subjecta, cum uno prædicato, in enuntiationis fine posito. Ut, omnes virtutes Cardinales sunt quatuor. Ergo Prudentia, & Iustitia, & Fortitudo, & Temperantia sunt quatuor.

*Descensus* disiunctivus, est qui fit per conjunctionem (vel) disjunctivè acceptam, id est, necentem multa subjecta, cum uno tantum prædicato jungentem. Ut, aliquis homo est justus. Ergo vel Petrus, est justus, vel Paulus est justus.

*Descensus* disiunctivus, est qui fit per conjunctionem (vel) disjunctivè acceptam, id est, multa subjecta, cum uno tantum prædicato jungentem. Ut, aliquis oculus est ad videndum necessarius. Ergo vel dexter, vel sinister est necessarius.

*Desiderium.*

*Desiderium*, est actus appetitus sensitivi, in bonum absolutè spectatum adipiscendum tendentis. *Ex D. The. 1. quest. 20. art. 1. & 1. 2. quest. 33. art. 2. & 41. art. 3.*

*Desitio.*

*Desitio*, est cessatio, alicujus à suo esse, vel operatione.



## Desperatio.

*Desperatio*, est actus appetitus, à bono adipiscendo refugientis, quod quasi impossibile propter difficultates aestimatur. *Ex D. Thom. 1. 2. quæst. 4. art. 4.*

## Deus.

*Deus*, nullum ex corporeis est, horum tamen causa, non est mens, at ut sit mens, est causa, non spiritus; sed causa, ut sit spiritus, non lumen; sed causa ut sit lumen, bonum ipsum est, & nullum bonum nisi ipsum, reliqua ab ipsa boni natura separata sunt, solus Deus bonus est. *Trimegist. in Pimandro cap. 2.*

*Deus* gloria omnium, divinum, divina natura, principium universorum, Deus, mens, natura, actus necessitas, finis renovatio. *Idem ibidem. cap. 30.*

*Deus* semper pulcherrimus, & optimus quantum fieri potest manet simpliciter, in sua forma. *Plato de Repub. Dialog. 2.*

*Deus* qui bonus est, causa malorum non est. *Idem ibidem.*

*Deus*, est simplex & verus & in opere, & in sermone, & neque ipse transmutatur, neque alios decipit. *Idem ibidem.*

*Deus*, est per quem vivere, in omnibus viventibus contingit. *Idem in Cratillo.*

*Deum*, dicimus esse vivens sempiternum optimum. *Idem ibidem.*

*Deus*, est genitor, & conservator omnium, quæ in hoc mundo perficiuntur, non ita tamen, ut ob id lassus sit, ut qui ea facultate utatur. quæ nulli cedat difficultati. *Arist. de mund. cap. 7.*

*Deus*, summus est vigor, lex, causa, norma, & hujus mundi ordo, estque intellectus verè, perfectèque primus. *Themist. 12. & Metaphysic.*

*Deus*, est perspicacissima veritas, & verissima perspicacia,



spicacia, sive perfectio, lux ipsa videns, visus seipso lucens intellectualis perspicacia, luminisque fons, cujus lumine, & cujus lumen duntaxat, mentis perspicacia perspicit, mentisque Deus, est efficacissima origo. *Ficinus Platon. Theol. lib. 1. cap. 6.*

*Deus*, est ratio rationum, fons, rerumque artifex omnium, forma uniformis, & omniformis, substantia immobilis, omnia movens, in motu status, in tempore æternitas, in loco continens, in summis profunditas, summitas in profundis, in multitudine unitas, in debilitate potestas, natura fecundissima naturarum, fecunditas fecundissima, naturalissima æterna, viventium, vitarum, vita, sensus sensibilibum, lumen & sensuum perspicacia, sensus medullas sensibilibum in corticibus sentiens, cortices in medullis, intelligentia, talis ut & ipsa rerum intelligendarum bonitas, sic & intellectus, cujuslibet veritas, & gaudium voluntatis. *Ficinus Epist. lib. 2.*

*Deus*, est actus purus omnis compositionis expers, quo nihil majus, nihil melius aut præstantius, excogitari potest. *Ex D. Thom. & Theologis omnibus.*

Hæc de Deo paulò copiosius, tum, ut videas, quàm de deo magnificè senserint Ethnici sapientes: tum ut per varia ejus attributa, in aliqualem infinitæ, & indefinibilis ejus essentiæ notitiam veniamus.

### *Deinceps.*

*Deinceps*, esse dicuntur ea, inter quæ nihil mediat generis ejusdem. Ut, duo digiti, index & medius. *Proclus, Ex Aristot.*

### *Diaphanum.*

*Diaphanum*, est quod illustratur, vel illustrari potest à lumine. Ut, aër vitrum. *Simplic. 2. de anim. text. 65.*

### *Dies.*

*Dies*, est præsentia solis, supra Hemisphærium. *Ex Saurostobesco in Sphæra.*



## Differentia.

*Differentia communis*, est accidens commune, quod res aliqua, vel ab aliis, vel à seipsa diverso tempore, loco, ve differt. Ut, albedo parietis & manus. *Porph. in Isag. cap. de different.*

*Differentia propria*, est accidens inseparabile à subjecto, per quod ab aliis differt. Ut, nigredo corvi, albedo nivis *Idem ibid.*

*Differentia propriissima*, est qua unum essentialiter, ab aliis secernitur. Ut, rationalitas respectu hominis. *Idem ibid.*

*Differentia*, ut tertium universale: Seu. Secundo intentionaliter, est unum aptum inesse multis per modum partis essentialis, determinativæ, & formalis. Ut, sensitivum, respectu hominis, & bruti. *Ex Arist. 4. topic. c. 3. & 10. Metaphysic cap. 8. Seu.*

Est unum aptum prædicari de multis specie, vel numero differentibus, in quale quid. Ut, rationale, respectu Petri, Pauli. Animatum, respectu animalis, & plantæ. *Ex Porph. cap. de differ.*

## Digestio.

*Digestio*, in animalibus, est perfectio alimenti, ab anima per naturalem & proprium calorem quousque potentia, quod est alimentum, actu fiat. *Alex. Aphrod. 4. Meteor. cap. 3. Seu.*

Est perfectio generati, per actionem caloris naturalis in materia convenienti. *Averroës Meteor. 4. Seu.*

Est alimenti remoti in proximum ab anima vegetante facta conversio. *Ex iisdem. & Aristot. 4. Meteor. cap. 3.*

## Discursus.

*Discursus Physicè*, est motus localis celeriter factus à termi-

à-term

Magn.

Di

cogni

dem.

Di

notit

utriu

ergo

Di

gniti

denti

nima

D

subst

subje

tum

phys.

D

litat

teria

lor,

ignis

D

grad

Ex e

D

posi

tion



à termino, à quo, ad terminum, ad quem. *Ex Albert. Magn. in 1. prior. cap. 1.*

*Discursus* Logicè, est progressus intellectus, ex una cognitione, in aliam. Ut, syllogismus. *Ex eodem ibidem.*

*Discursus* ordinatus, seu causalis, est qui fit ex unius notitia, ad alterum cognoscendum; propter aliquam utriusque inter se connexionem. Ut, homo, est animal, ergo vivit. *Ex D. Thom. 1. part. quest. 14. art. 4.*

*Discursus* inordinatus, seu successivus, est series cognitionum sibi invicem succedentium absque dependentia unius ab alia. Ut, si cognoscas hominem esse animal, & deinde Solem lucere. *Ex eodem ibidem.*

### Dispositio.

*Dispositio* ut habitui opponitur, est qualitas afficiens substantiam proximè in ordine ad operandum, & de subjecto facile mobilis. Ut, scientia uno, vel altero tantum actu, comparata. *Ex Arist. in predicament. & 5. Metaphys. cap. de qualitat.*

*Dispositio* Physicè, est contemperatio primarum qualitatum, ad introductionem formæ substantialis in materiam, & ad illius conservationem necessaria. Ut, calor, & siccitas in ligno dicuntur dispositio ad formam ignis introducendam. *Ex eodem, & aliis Comms.*

### Dissimilitudo.

*Dissimilitudo*, est duarum qualitatum, in specie, vel gradu diversitas. Ut, inter albedinem & nigredinem, *Ex eod. 1. Met. cap. 1.*

### Distantia.

*Distantia*, est unius ab alio remotio. Seu: Remota positio. Ut, qui est Romæ distat ab eo, qui est Vespertione.

*Distin-*



## Distinctio.

*Distinctio*, est identitatis inter duo extrema negatio, Ut, inter ignem & calorem. *Ex Svar. disp. 7. Metaphysic. sect. 1.*

*Distinctio* realis, est qua duo à parte rei non sunt idem. Ut, corpus & anima realiter distinguuntur. *Ex Arist. 7. topic. c. 1. Scoto in 2. dist. 1. quest. 5. & aliis.*

*Distinctio* realis positiva, est qua reperitur, inter dua entia positiva, quorum unum non est alterum. Ut, inter intellectum, & scientiam. *Ex eisdem ibidem.*

*Distinctio* realis negativa, est qua reperitur, inter ens, & non ens, vel inter duo non entia. Ut, vita & mors; ignorantia, & tenebrae, negativè distinguuntur. *Ex Svar. cit. & aliis.*

*Distinctio* realis major, qua etiam realis absolutè dicitur, est, duorum, inter qua, est mutua separabilitas, quæve supposito, subjecto vel loco, distinguuntur. Sic Socrates, & Plato, Pater, & Filius, Deus, & Creatura, realiter distinguuntur. *Ex eodem ibidem. Sect. 2.*

*Distinctio* realis minor, seu modalis; seu ex natura rei, est eorum: inter qua est non mutua separabilitas; sed est quorum unum, potest esse sine alio, non tamen contra, hoc sine illo. *Idem ibidem sect. 3. Seu.*

Est qua inter rem, & modum ejus invenitur. Ut, digitus, & curvitas, homo, & sessio, ejus partes unitæ, & earum unio modaliter differunt. *Idem sect. 3.*

*Distinctio* rationis, est qua fingitur in rebus per intellectum. Ut, inter animal, & rationale in homine. *Ex eod. ibid.*

*Distinctio* rationis ratiocinata, est qua fit ab intellectu, cum fundamento in re. Ut, cum in simplici entitate animæ rationalis, distinguit gradum vegetativum; seu sensitivum, & intellectivum, propter diversos effectus, quos percipit ab eadem anima produci, & hæc ante intellectum, dicitur virtualis, quia res talis est, ut æqui-

valeat

valeat  
occasio

Dist

lectu,

enunc

trus cu

ctum,

Dist

entita

Plato.

Dis

haben

bidem

Dis

interc

forma

que e

ment

ter in

dum

tiona

verbo

nes f

conc

poni

nere

D

unu

nim

cita

P

niv

gra

Ut,

cap



valeat distinctis, & præbeat intellectui distinctionis occasionem. *Ex eod. Sect. 1.*

*Distinctio* rationis ratiocinantis, est quæ fit ab intellectu, pro solo arbitrio, & sine fundamento. Ut, fit in enunciationibus identicis, Verbi gratia. Petrus, est Petrus cum fingit distinctionem, inter Petrum subiectum, & Petrum prædicatum. *Ex eodem ibidem.*

*Distingvi* essentialiter, dicuntur ea, quæ diversas habent entitates, & diversas numero essentias. Ut, Socrates, & Plato. *Ex D. Thom. 1. part. quæst. 47. art. 2.*

*Distingvi* essentialiter, dicuntur ea, quæ diversas habent definitiones, Ut, homo, & equus. *Ex eodem ibidem.*

*Distingvi* formaliter, variè dicitur: formaliter enim, interdum opponitur materialiter, sic ignis, & aqua, formaliter distinguuntur, non materialiter, quia utriusque est eadem materia. Interdum opponitur fundamentaliter, sic universalia, dicuntur esse fundamentaliter in rebus, formaliter in intellectu objectivè. Interdum opponitur realiter, sic in homine, animal, & rationale formaliter, non realiter distinguuntur. Vno verbo, quæcunque diversas habent formas, aut rationes formales, vel modos, seu diversis conceptibus concipiuntur, formaliter distinguvi dicuntur, opponitur etiam eminenter, de quo vide verbum continere.

*Distinctio* includentis, & inclusi, est inter ea, quorum unum continet & includit aliud. Ut, inter Petrum & animam eius, inter animal, & sensitivum. *Ex Suarez. citat.*

### Diversa.

*Primo diversa*, dicuntur ea, quæ in nullo superiori, a nullo conveniunt. Ut, sunt suprema genera. Verbi gratia, substantia, & quantitas, & ultimæ differentia, Ut, rationalitas, & irrationalitas. *Ex Arist. 1. Metaphysic. cap. 9.*

Diver-



*Diversa*, seu: differentia solo numero, dicuntur quæ sub eadem specie diversas habent entitates. Ut, Ioannes & Paulus. *Ex eodem ibidem.* Et D. Thom. 1. parte, *quæst.* 47. *art.* 2.

*Diversa*, seu: differentia specie, dicuntur ea, quæ sub eodem genere diversas habent essentielles definitiones. Ut, homo, & Brutum. *Ex iudem ibid.*

*Diversa*, seu: differentia genere, dicuntur ea, quæ in diversis prædicamentis collocantur. Ut, lapis, & virtus. *Ex iudem ibidem.*

### Divisio.

*Divisio*, est alicujus totius, in suas partes sectio. Ut, si homo, in corpus & animam dividatur. *Ex Aristot. 5. Metaphys. cap. 7. & 11. Met. cap. 7. & Phys. 6. cap. 1.*

*Divisio nominis*, est oratio, quæ aliquod nomen ambiguum, in sua significata distribuitur. Ut, canum alius, est cœlestis, alius terrestris, alius marinus. *Ex eodem 2. topic. cap. 2.*

*Divisio rei*, est oratio, quæ totum aliquod, in suas partes distribuitur. Ut, animalis pars altera, est vivens, altera sensitivum. *Ex eodem, iisdem Metaphysic. & Physic. locis.*

*Divisio totius essentialis*, est oratio, quæ totum essentielle, in suas partes essentielles: seu Physicas: seu Metaphysicas, resolvitur. Ut, hominis partes Physicæ, sunt altera corpus, altera anima, altera rationale. *Ex eodem ibidem. Et D. Thom. 3. Metaph. lect. 2.*

*Divisionum* porro tot sunt species, quot totorum de quibus vide verbo totum.

### Docilitas.

*Docilitas*, est habitus, quo quis promptus redditur, ad audiendas, aliorum sententias, *Ex D. Thom. 2. 2. quæst. 48.*

*Dolor.*



**Dolor.**

*Dolor* latè, est insuavis & in jucundus sensus, quem secum affert vitalis operatio; circa objectum mole-  
stum. *Ex Arist. 3. Rhet. cap. 12. Et D. Thom. 1. 2. quest. 35. art. 1.*

*Dolor* strictè, est actus appetitus malum præsens cum inquietudine detestantis. *Ex eodem D. Thom. ibid. & 3. quest. 84. art. 8. & 9. & 85. art. 1.*

*Dolor* interior, est qui sequitur ad solam apprehensionem imaginationis. *Ex eodem ibid. m.*

*Dolor* exterior, est qui non solum imaginationem; sed etiam apprehensionem, alicujus sensus externi consequitur. *Ex eodem ibidem.*

**Dolus.**

*Dolus*, est astutiæ executio sive verbis, sive factis. *Ex eod. 2. 2. quest. 55. art. 4. & III. art. 3.*

**Dubium.**

*Dubium*, est actus intellectus judicantis, neutram partem contradictionis satis esse manifestam, & neutri, præ altera esse assentiendum. *Ut, sintne plures cæli, vel unum tantum, Ex Arist. 2. Elench. cap. 7. & 1. de cælo cap. 10. Et D. Thom. 1. quest. 184. art. 1. & quest. 3. art. 1.*

**Duratio.**

*Duratio* extrinseca, est motus ille primi mobilis, quo regulantur durationes intrinseca. *Ex eodem v. part. qu. 10. art. 4.*

*Duratio* intrinseca, est permanentia rei, in suo esse: seu, est perseverans existentia. *Ex Scoto. in 2. dist. 2. quest. 1.*

*Duratio* imaginaria, est quidem fluxus, quem nobis imaginamur, ab æterno perseverare. *Ex iisdem.*

**Ebric-**



*Ebrietas.*

**E**brietas, est excessus in potando, voluptatis causa, usque ad violentam usus rationis privationem, vel. Est, violenta usus rationis interceptio, per nimium potum, causa voluptatis assumptum. *Ex D. Thom. 2. 2. quest. 150. art. 1.*

*Echo.*

*E*cho, est reflexio soni propter speciem ejus, in corpus solidum & concavum insipientem, ab eoque repercussam. *Ex Alex. Aphrod. 1. de anim. cap. 5. & Eustratio in 2. posterior.*

*Eclipsis.*

*Eclipsis*, est luminis solaris, lunarisve, ad breve aliquod tempus, defectio. *Ex Proclo, & Sacrobosco in Sphæra.*

*Eclipsis Solis*, est defectus luminis solaris: propter interpositionem Lunæ: inter Solem ipsum & terram. *Ex iisdem.*

*Eclipsis Lunæ*, est defectus lunaris luminis; propter interpositionem terræ: inter Lunam ipsam, & Solem. *Ex iisdem.*

*Ecliptica*, est linea in Zodiaco media, per quam cum cursu suo, pariter Sol, & Luna conficiunt alterius eorum necesse est venire defectum, Solis si ei tunc Luna succedat, Lunæ si tunc adversa sit Soli. *Ex iisdem.*

*Ecnēfias.*

*Ecnēfias*, est spiritus ex nube per vim segregatus, & vehementer deorsum lapsus. *Alexan. Aphrod. in 8. Meteor. cap. 1. Seu.*

Est spiratio densa, & stipata, in nube per antiperistatim ac-

sim acc  
pens. E

Edu  
potent  
le. Sic  
ab age  
ad 2.

Edu  
ab age

Effe  
tem pr  
materi  
cap. 11

Effe  
produ  
dem, &

Effe  
intrin

Est

denor

Effe  
per se  
Physi

Effe  
per se  
fossio

El  
confi



sim accensa, ex eaque deorsum magno impetu erumpens. *Ex Arist. 3. Meteor. cap. 1.*

### *Educi de potentia.*

*Educi de potentia*, est fieri in actu, quod prius erat in potentia, & dependet à materia, & fit per agens naturale. Sic forma ignis dicitur educi de potentia materiae, ab agente per generationem. *Ex D. Thom. 1. quest. 90. 2. ad 2.*

### *Eductio.*

*Eductio*, est productio formæ de potentia materiae, ab agente naturali. *Ex eodem ibidem.*

### *Effectus.*

*Effectus latè*, est quod à sua causa, per ejus causalitatem procedit. Vt, compositum Physicum est effectus materiae, formæ, finis, & efficientis. *Ex Aristot. 2. post. cap. 11.*

*Effectus effectivus*, est qui ab agente, media actione producitur. Vt, calor ab igne, per calefactionem. *Ex eodem, & aliis.*

*Effectus formalis*, est communicatio formæ, subjecto intrinsecam denominationem tribuentis. Seu.

Est forma conjuncta subjecto, illudque intrinsecè denominans. Vt, calidum est formalis effectus caloris.

*Effectus per se*, est qui à natura, causisve naturalibus per se intenditur. Vt, lumen respectu solis. *Ex Arist. 2. Physic. cap. 5.*

*Effectus per accidens*, est qui conjunctus cum effectu per se, alicujus causæ per se. Vt, inventio thesauri, cum fossione terræ. *Ex eodem ibidem.*

### *Electio.*

*Electio* nihil est aliud, quam eorum quæ in nobis sunt consultativa appetitio. *Arist. 3. Ethic. c. 3.*

*Electio*

usa, us-  
vel.  
mimum  
m. 2. 2.

corpus  
ercuf-  
io in 2.

veali-  
osco in

ter in-  
m. Ex

propter  
em. Ex

n cum  
terius  
Luna

& ve-  
eteor.

erista-  
m ac-



*Electio* est actus, quo fertur voluntas in amplectendum medium, quod ab intellectu iudicatur, ad finis consequationem idoneum. *Ex Arist. ibidem. Et D. Thom. 1. quest. 82. art. 1. 2. 2. quest. 24. art. 1. & alibi.*

### *Elementum.*

*Elementum*, est illud corporeum, in quod alia corpora dividuntur, quod inest potentia, aut actu, ipsum autem est indivisibile in specie diversa. *Aristot. 3. de cælo, text. 34.*

### *Elenchus.*

*Elenchus*, est syllogismus, in quo infertur concessæ conclusionis contradictoria: ita ut qui eam concessit, etiam ejus contradictoriam cogatur admittere. Ut, si probaveris animal esse genus, quia est prædicabile de multis specie differentibus in quid, & concessa tua conclusione sic extruas elenchum.

Nullum animal est genus.

Sed ex concessis animal est genus.

Ergo est genus, & non est genus. *Ex Arist. in Elenchis. Aphrod. Alberto Magno ibidem.*

### *Emanatio.*

*Emanatio* accidentis, est naturalis resultantia accidentis à subjecto, cui debetur connaturaliter, tanquam ejus proprietas, aut modus. Ut, productio intellectus, & voluntatis, in anima, frigoris in aqua *Ex D. Thom. Opuscul. 9. quest. 4. & omnibus.*

### *Encomium.*

*Encomium*, est oratio facta cujuscunque singularia exponens. *Arist. Morali. Eudemior. cap. 1.*

### *Energia.*

*Energia*, est naturalis omnis substantiæ innatus motus: vel

Est

Est  
substan  
cap. 4.

Ens,  
stentia  
cap. 7. &

Ens  
Ut De

Ens  
bus in  
rum;  
non or  
phus.

Ens  
ribus  
vel ho  
public

Ens  
unum  
trici

Ens  
aut ali  
Metap

Ens  
sed ha  
Ut, ro

bitura

lorem

Ens  
stanti

Ex' eor  
En  
Physi  
bedo



Est virtus naturalis manifestativa uniuscuiusque  
substantiæ. *Ex Alberto Magno in 1. priorum, tractatu, 1.  
cap. 4.*

*Ens.*

*Ens*, est quod habet, vel habere potest actualem exi-  
stentiam. Ut, lapis, & rosa. *Ex Arist. secund. Metaphysic.  
cap. 7. & 4. Metaphys. cap. 2. & sequentibus.*

*Ens per se*, est quod habet unam tantum essentiam.  
Ut Deus, homo. *Ex eodem. 4. Metaph. cap. 7.*

*Ens per accidens*, est quod constat ex pluribus enti-  
bus in actu, aut ex rebus diversorum prædicamento-  
rum; vel ejusdem prædicamenti inter se naturaliter  
non ordinatis. Ut, cumulus lapidum, album, Philoso-  
phus. *Ex eodem ibidem.*

*Ens per accidens ordinatum*, est quod constat ex plu-  
ribus entibus in actu, aliquem inter se ordinem ab arte;  
vel hominum industria habentibus. Ut, domus, res-  
publica.

*Ens per accidens aggregatum*, est plurium rerum in  
unum fortuita aut temeraria congestio. Ut, acervus  
tritici.

*Ens actuale*, seu ens in actu, est quod re ipsa existit,  
aut aliam perfectionem habet. Ut, cælum. *Ex Arist. 13.  
Metaph. c. 3.*

*Ens potentiale*, seu in potentia, est quod non habet,  
sed habere potest existentiam, aliamve perfectionem.  
Ut, rosa hyeme est in potentia ad existentiam quam ha-  
bitura est æstate, & aqua frigida, est in potentia ad ca-  
lorem. *Ex eodem ibidem. & 14. cap. 2.*

*Ens naturale*, est quod constat materia & forma sub-  
stantiali, idemque est quod corpus naturale. Ut, aër.  
*Ex eodem 1. Physic. c. 1.*

*Ens secundum naturam latè*, est omne ens reale,  
Physicum sive sit substantia, sive accidens. Ut, lapis, al-  
bedo. *Ex eodem ibidem.*

*Ens*



*Ens* secundum naturam proprie, est omne accidens Physicum, quod enti naturali aptum est inherere, ut quantitas primæ qualitatis, &c. *Ex eodem ibidem.*

*Ens* completum, est cui nihil deest sibi dubitæ perfectionis. Vt, homo. *Ex eod. 7. Metaphys. cap. 1.*

*Ens* incompletum, est quod ad entis completi constitutionem, a natura ordinatum est. Vt, anima rationalis, ad complementum hominis. *Ex eodem ibidem.*

*Ens* rationis subjective, dicitur quidquid in intellectu, tanquam in proprio subjecto recipitur. Vt, species intelligibilis, habitus intellectuales. Ita.

*Ens* rationis effective, dicitur quidquid ab intellectu, tanquam ab efficiente causa producitur. Vt, operationes mentis, conceptus formales, & hæc duo entia rationis improprie dicuntur, nec nisi cum adjecto, subjective vel effective: verè enim sunt realia. Ita omnes passim.

*Ens* rationis proprie, est non ens apprehensum, per modum entis, habensque tantum esse objective in intellectu. Vt, genus Chimera, *Ex Arist. 1. Metaph. cap. 1. & 5. Metaph. c. 1. Et D. Thom. ibid.*

*Ens* rationis Logicum, est quod fingitur ab intellectu, propter aliquod fundamentum in re. Vt, natura humana concepta per modum unius: propter similitudinem naturarum singularium.

*Ens* rationis Chimericum, seu merè fictitium, est quod ab intellectu vel phantasia gratis, & absque ullo fundamento confingitur, Vt, minotaurus.

*Ens* rationis negativum, est quod fingitur per modum substantiæ quam existere planè contradictorium est. Vt, Chimera hircocervus.

*Ens* rationis privativum, est omnis privatio concepta per modum formæ positivæ subjecto inhaerentis. Vt, tenebræ per modum nigredinis in aère.

### *Enuntiatio.*

*Enuntiatio*, est oratio affirmativa, vel negativa, alicujus de aliquo. *Ex Arist. 1. pri. c. 1. vel*

*Enuno*

*Enun*  
cat. Vt  
rist. 1. de

*Enun*  
tur.

*Enun*  
*Enun*

habetur

*Enun*

mus, f

Vt, virt

*Ex Ari*

*Enun*

bus alic

dies est

*Enun*

præpor

*Ex eode*

*Enun*

ctioner

est Phil

pretibu

*Enun*

ctioner

est, vel

*Enun*

esse, ve

sortes

*dem. ca*

*Enun*

prædic

est nec

bus. C

cap. 14

*Enun*

prædi



*Enuntiatio*, est oratio quæ verum, vel falsum, significat. Ut, homo, est animal, lapis non est corpus. Ex *Arist. I. de Interpretatione cap. 2.*

*Enunciatio mentalis*, est ea quæ intellectu concipitur.

*Enuntiatio vocalis*, est quæ ore profertur.

*Enuntiatio scripta*, est quæ literis exarata, in scriptis habetur.

*Enunciatio simplex*, est quæ unum de uno prædicamus, sive illud unum, sit simplex, sive complexum. Ut, virtus est laudabilis, Cicero est Orator, & Consul. Ex *Arist. I. de Interpret. cap. 5.*

*Enunciatio conjuncta*, est quæ ex pluribus simplicibus aliqua conjunctione nexis, exargit. Ut, si sol lucet, dies est. Ex *eodem ibidem.*

*Enunciatio conditionalis*, seu hypothetica, est cui præponitur particula (si). Ut, si sol occubuit, nox est. Ex *eodem ibidem.*

*Enunciatio copulativa*, est quæ necitur per conjunctionem (&) aut similem copulativam. Ut, Aristoteles est Philosophus, & Alexander dux strenuus. Ex *Interpretibus ibidem.*

*Enunciatio disjunctiva*, est quæ necitur per conjunctionem (vel) aut similem disjunctivam. Ut, vel dies est, vel nox est. Ex *iisdem ibidem.*

*Enunciatio absoluta*, seu, de inesse, est quæ aliquid inesse, vel non inesse, alteri absolute pronunciat. Ut, sortes est homo. Color non est substantia. Ex *Arist. ibidem. cap. II.*

*Enunciatio modalis*, est quæ modum exprimit, quo prædicatum subjecto inest, vel non inest. Ut, animal est necessario sensitivum. Paries est contingenter albus. Cælum animatum esse est impossibile. Ex *eodem, cap. 14.*

*Enunciatio affirmativa*, est quæ aliquid inesse alteri prædicamus. Ex *eodem ibidem. cap. 6.*

ecidens  
rere, ut  
m.

perfe-

eti con-  
ationa-

ntelle-  
species

ntelle-  
opera-  
o entia  
djecto,  
Ita o-

m, per  
è in in-  
ap. I. &

ntelle-  
natura  
militu-

m, est  
ve ullo

r mo-  
orium

ncepta  
Ut, te-

aliqua-

Evuno



*Enuntiatio negativa, est quæ aliquid ab aliquo removemus. Ex eodem ibidem.*

*Enuntiatio vera, est quæ enuntiat id esse, quod est; vel id non esse, quod non est.*

*Enuntiatio falsa, est quæ enuntiat id esse, quod non est; vel id non esse, quod est.*

*Enuntiatio necessaria, est quæ ita vera est. Ut, falsa esse non possit. Seu.*

*Cujus prædicatum, non potest, non convenire subiecto. Ut, virtus est qualitas. Ex eodem ibidem. cap. 14.*

*Enuntiatio contingens, est quæ ita vera est. Ut, falsa esse queat. Seu.*

*Cujus prædicatum potest convenire, & non convenire subiecto. Ut, Plato est Philosophus. Ex eodem ibidem.*

*Enuntiatio impossibilis, est quæ ita falsa est. Ut, vera esse nequeat. Seu.*

*Cujus prædicatum subiecto convenire non potest. Ut, cælum est animal. Ex eodem ibidem.*

*Enuntiatio de secundo adjacente, est in qua verbum fungitur vice copulæ, & prædicati. Ut, Deus est, Petrus legit. Ex eodem ibidem. cap. 12.*

*Enuntiatio de tertio adjacente, est in qua verbum habet tantum vim copulæ, prædicatum cum subiecto connectentis. Ut, vitium est fugiendum. Ex eodem ibidem.*

*Enuntiatio universalis, est cujus subiecto præfigitur signum universale. Ut, omne corpus est substantia, nulla scientia est vituperabilis. Ex eodem 1. priorum, cap. 2. & 3.*

*Enunciatio particularis, est cujus subiectum particulari notatur signo. Ut, quoddam animal est bipes, aliqua largitio non est virtus. Ex eodem ibidem.*

*Enuntiatio indefinita, est cujus subiectum est terminus communis, signoque nullo notatur. Ut, qualitas est accidens.*

*Enuntiatio singularis, est cujus subiectum pro una tantum*



tantum re singulari, & determinata sumitur. Ut, Socrates est sapiens.

*Enuntiatio* de simplici extremo, est cujus Categoriata sunt simplices termini. Ut, nix est candida. *Ex eodem cap. 14.*

*Enuntiatio* de conjuncto extremo, est cujus alterum, vel utrumque Categoriema ex pluribus terminis coalescit. Ut, Aristides est Philosophus, & vir bonus. *Ex eodem ibidem.*

*Enuntiatio* finita, est cujus tam prædicatum, quam subjectum, sunt termini finiti. Ut, suprafactæ omnes. *Ex eodem ibidem. cap. 11. & 12.*

*Enuntiatio* infinita, est cujus prædicatum, vel subjectum, est terminus infinitus. Ut, lapis, est non homo. *Ex eodem ibidem.*

*Enuntiationis* materia, est habitudo subjecti ad prædicatum, secundum quam dicitur necessaria, contingens, vel impossibilis. *Ex eodem 1. prior. passim.*

*Enuntiationis* quantitas, est unitas, vel extensio earum rerum, pro quibus subjectum, sub prædicato accipitur, secundum quam dicitur universalis, particularis, indefinita, vel singularis. *Ex eodem ibidem.*

*Enuntiationis* qualitas, essentialis, est affirmatio, & negatio: accidentalis veritas, & falsitas. *Ex eodem 1. de Interpret. cap. 6.*

*Enuntiationum* oppositio, est duarum enuntiationum, eodem prædicato, subjectoque constantium, secundum quantitatem, vel qualitatem essentialem repugnantia. *Ex eodem 2. de Interpret. cap. ult.*

*Enuntiationes* contrariæ, sunt duæ universales, eodem prædicato, subjectoque constantes, quarum una affirmat, altera negat. Ut, omnis scientia est habitus, nulla scientia est habitus. *Ex eodem ibidem.*

*Enuntiationes* sub contrariæ, sunt duæ particulares, quæ secundum affirmationem, & negationem, repugnant.



Ut, quidam homo est justus, quidam homo non est justus. Ex eodem *ibidem*.

Enuntiationes contradictoriae, sunt universalis, & particularis, vel duae singulares, quarum una affirmat, altera negat. Ut, omne album est dulce, quoddam album non est dulce, Plato est Orator, Plato non est Orator. Ex eodem *ibidem*, & 1. cap. 6.

Enuntiationes subalternae, sunt universalis, & particularis, sub ea contenta, quae secundum quantitatem tantum pugnant. Ut, omnis Philosophus est sapiens, quidam Philosophus est sapiens, quod si oppositionis species in abstracto definire velis, dic

Enuntiationum oppositio contraria, est duarum universalium quae eodem praedicato, & subiecto constant, secundum affirmationem repugnantia.

Subcontraria, est repugnantia duarum particularium, quarum altera affirmat, altera negat.

Contradictoria, est universalis, & particularis, vel duarum singularium, secundum affirmationem, & negationem repugnantia.

Subalterna, est universalis, quae subalternans, & particularis sub ea contenta, quae subalternata dicitur, secundum quantitatem tantum, discrepantia.

Enuntiationum aequipollentia, est duarum enuntiationum, quae eodem praedicato, & subiecto constant, una tamen, vel altera negatione differunt, aequivalentia. Ut, nullus homo non est animal, aequivalet huic, omnis homo est animal. Ex *Summulistis*.

Enuntiationis conversio. Vide conversio.

Enuntiatio exponibilis, est quae propter aliquam sui obscuritatem expositione indiget. Ut, sunt exclusiva, exceptiva, & reduplicativa. Ex *iisdem*.

Enuntiatio exclusiva, est in qua ponitur dictio excludens (tantum) vel similis. Ut, sensus externi sunt tantum quinque. Ex *iisdem*.

Enuntiatio exclusiva praedicati, est quae alia praedicata removet a consortio subiectis, Ut, praedicamenta sunt

sunt ta  
quinqu

Enun  
subiect  
est ratio  
& nihil  
*iisdem*.

Enun  
pienter  
tam ser

Enun  
geminat  
est quae  
tiva. Ex

Con  
subiect  
praedic  
pinqu  
condit

Spe  
etoiner  
conver  
est, est  
specier  
totius

Redu  
designa  
ta: prop  
quater  
discur  
homo

Ent  
men,  
hoc et



sunt tantum decem, id est, non plura, aut pauciora, non quinque, sex, duodecim, &c. *Ex iisdem.*

*Enuntiatio* exclusiva subjecti, est quæ removet alia subjecta à participatione prædicati. Ut, tantum homo est rationis particeps, id est, homo est rationis particeps & nihil est rationi particeps, quod non sit homo. *Ex iisdem.*

*Enuntiatio* exceptiva, est quæ constat dictione excipiente (præter) aut simili. Ut, omne vivens præter plantam sentit. *Ex iisdem.*

*Enuntiatio* reduplicativa, est quæ constat dictione geminante (quatenus) aut ejusdem significationis alia, estque triplex, conditionalis, specificativa, & reduplicativa. *Ex iisdem.*

*Conditionalis*, est in qua dictio geminans indicat, in subjecto conditionem, sine qua non conveniret illi prædicatum. Ut, ignis, quatenus prope est calefacit; propinquitas enim non est calefaciendi causa: sed tantum conditio. *Ex iisdem.*

*Specificativa*, est in qua geminans particula subjecto inesse rationem aliquam indicat: cur illi prædicatum conveniat. Ut, homo, quatenus homo, est species, id est, est in homine aliqua ratio, cur illi conveniat esse speciem, scilicet natura humana, concepta per modum totius essentia.

*Reduplicativa*, est in qua per geminantem particulam designatur in subjecto, formalis ratio seu causa adæquata: propter quam de eo dicatur prædicatum. Ut, homo, quatenus homo, est discursivus: nam adæquata causa discursus, est rationalitas, quæ constituit hominem, ut homo est. *Ex iisdem.*

### Entelechia.

*Entelechia*, est peculiare Aristotelis inventoris nomen, & significat normam, quæ est actu, & secundum hoc est unius finis acceptio, vel receptio unius essen-



tia perfecta, vel interni finis continuatio, id est, habitus iuxta absolutum finem. Ita Simplicius in 2. Physic. text. 13. clarius sic.

*Entelechia*, est forma, seu actus quicumque, siue substantialis, siue accidentalis, quatenus operationem aliquam in corpore exercere potest. Ex Alberto Magno de causis & process. universalium.

### Enthymema.

*Enthymema*, est syllogismus imperfectus, ex verisimilibus, & signis. Ut, hæc mulier, est huius hominis mater.

Ergo eum diligit. Arist. 2. priorum, cap. 27. Seu.

*Enthymema*, est argumentatio, in qua ex una tantum propositione, subintellecta altera, infertur festinata conclusio Ut, homo est animal.

Ergo sentit.

### Error.

*Error*, est deceptio intellectus, vel sensus, circa objectum aliquod. Ut qui iudicaret hominem non esse diffusivum, vel solem terra minorem. Ex Arist. 2. c. 10.

### Erubescencia.

*Erubescencia*, est timor perdendi, bonam existimationem, propter opus turpe, perpetrandum. Ut, qui timet dedecus, si furtum faciat. Ex D. Thom. 1. 2. quest. 41. art. 4. & 1. 2. quest. 75. art. 1.

### Essentia.

*Essentia*, est id, quod primo, in re concipitur, sine quo res esse non potest, est que fundamentum, & causa cæterorum, quæ sunt in eadem re. Ut, animal rationale est hominis essentia. Ex D. Thom. de ente & essentia, cap. 1. & 7. Metaphys. lect. 5.

*Etesia.*

*Etesia*  
stitium,  
2. Meteor.

*Ethica*  
morali b

*Eubula*  
consult  
biguis,  
2. quest.

*Evidentia*  
tus, ita  
scit ho  
quest. 1

*Eutopia*  
& ludi  
modu  
eodem.

*Eutopia*  
dum i

*Ex*  
fex, u  
Ut, im  
dem d



*Etesia.*

*Etesia*, sunt venti anniverfarii, qui post utrumque sol-  
stitium, die quidem flant; sed nocte cessant. Ex *Aristot.*  
2. *Meteor. cap. 2.*

*Ethica.*

*Ethica*, est scientia, quæ circa voluntatis actiones,  
morali bonitate informandas occupatur.

*Eubulia.*

*Eubulia*, est habitus, qui præbet facultatem rectè  
consultandi, id est, inveniendi consilium, in rebus am-  
biguis, & perplexis. Ex *D. Thom. 1. 2. quæst. 57. art. 6. & 2.*  
2. *quæst. 48.*

*Evidentia.*

*Evidentia*, est claritas, seu perspicuitas, quæ intelle-  
ctus, ita objectum percipit, ac si videret. Ut, dum cogno-  
scit hominem esse rationalem. Ex eodem de *veritate*  
*quæst. 14. art. 9.*

*Eutrapelia.*

*Eutrapelia*, est virtus quæ nos decore facit. Ut, joci,  
& ludicris, quæ animi causa assumuntur. Ut, & in illis  
modum servemus, nec ab illis nimis abhorreamus. Ex  
eodem. 1. 2. *quæst. 60. art. 5. & 2. 2. quæst. 72. art. 2.*

*Eutrapelia*, est virtus quæ ludis & joci rationis mo-  
dum imponit. Ex eodem *ibidem.*

*Exemplar.*

*Exemplar* extremum, est res quam sibi proponit arti-  
fex, ut ejus similitudinem exprimat, vel eam imitetur.  
Ut, imago ab Appelle picta, est exemplar tyronis. Ex eodem  
de *ver. quæst. 8. art. 18.*

habi-  
Physic.e sub-  
tem a-  
agno deifimi-  
minisantum  
stinataca ob-  
se dif-  
. 10.stima-  
qui ti-  
est. 41.quo-  
sa cæ-  
ale est  
1. & 7.

esia.



*Exemplar* internum, est intellectualis forma, quam imitatur effectus ex intentione agentis determinantis sibi finem. Ut, idea domus faciendæ in mente Architecti. *Ex eodem ibidem.*

### Existentia.

*Existentia* actualis, est actus per quem essentia constituitur in ratione actualis entis, & dicitur posita extra suas causas, si causas habeat. Ut, Petrus quamdiu est in rerum natura, existere dicitur.

*Existentia* potentialis, est quam res habere dicitur in suis causis, quatenus potest ab illis produci, & poni, in rerum natura, sic fructus Autumno futuri habent huiusmodi existentiam potentialem.

*Existentia* objectiva, est quam res habet in intellectu, dum ei obicitur consideranda. Ut, sanitas quam ægrotus sibi proponit recuperandam existit objective in intellectu.

### Experientia.

*Experientia*, est habitus ex pluribus cognitionibus singularium, quæ eodem modo contigerunt, memoria comprehensis genitus. Ut, qui novit Rhebarbarum in hoc & illo purgasse choleram, experientiam habet. *Ex Arist. 1. Metaph. cap. 1. Et D. Thom. ibidem lect. 1. & 2. post. & ult. ultima.*

### Extremum.

Vide majus extremum.

*Extrema* relationis, Vide *relatio*.

### Exhalatio.

*Exhalatio*, est halitus, siccus, & calidus, è terra vi caloris eductus *Ex Arist. 1. Meteor. cap. 4.*

### Fabula.

Fab  
prin

Fab  
terian  
Fab  
berati  
atile h  
utilis,

Fal  
paren  
tum a  
tum a  
Fall  
discu  
ctione  
prop  
in Ele

Fal  
tiz ra  
ibiden

Fal  
fortit  
Ex is

Fal  
ex eo  
cund  
signif



*Fabula.*

*Fabula*, est sermo falsus per quem veritas aliqua exprimitur. Ex Arist. de Poëtica cap. 6.

*Factio.*

*Factio*, latè est operatio transiens, in exteriorem materiam.

*Factio* pressè, seu moralis, est operatio, quæ ex deliberatione, & directione rationis fit, tendentis ad opus utile homini, seu ad honestum naturale. Ut, lectio libri utilis, aut pii.

*Fallacia.*

*Fallacia*, est argumentatio captiosa, quæ propter apparentem bonitatem, & ejus defectum est instrumentum ad decipiendum respondentem, non bene peritum artis sophisticæ: Seu.

*Fallacia*, est deceptio proveniens, ex eo quod aliquis discursus videtur probare conclusionem, vel contradictionem; propter apparentem bonitatem, quam tamen propter ejus bonitatis defectum non probat. Ex Arist. in Elench. Et D. Thom. Opuscul. de Syllogis. Sophistic.

*Fallacia* in dictione, est quæ habet causam apparentiæ ratione dictionis, seu orationis multiplicis. Ex eisdem ibidem.

*Fallacia* extra dictionem, est quæ causam apparentiæ fortitur ex parte rerum, per dictiones significatarum. Ex eisdem ibidem.

*Fallacia* æquivocationis, est deceptiva argumentatio, ex eo proveniens, quod aliqua dictio manens, una secundum substantiam, & modum proferendi, diversa significat. Ut,

C 5

Quid

quam  
nantis  
Archi-a con-  
a extra  
est initur in  
oni, in  
t hye-lectu,  
ægro-  
in in-nibus  
moria  
um in  
et. Ex  
2. post.

vica

ula.



Quidquid currit habet pedes.

Sed fluvius currit.

Ergo fluvius habet pedes. *Ex iisdem ibidem.*

*Fallacia amphibolia*, est fallax argumentatio ex oratione orta, quæ secundum substantiam, & proferendi modum eadem, plura, & diversa significat. Ut, littus arare significat terram aratro proscindere, & operam perdere. *Ex iisdem ibidem.*

*Fallacia compositionis*, est deceptio, ex eo proveniens, quod oratio in sensu composito vera videatur, cum tamen in eo falsa sit. *Ex iisdem ibidem.*

*Fallacia divisionis*, est cum oratio in sensu diviso accipitur, cum in sensu composito sumenda sit. *Ex iisdem ibidem.*

*Fallacia accentus*, est idoneitas decipiendi, proveniens ex multiplicitate dictionis diversa significantis, ejusdem tamen secundum syllabam: sed secundum modum proferendi diversa. Ut, lepores, & lepóres: me tuo, & metuo: ut populus prima brevi, vel longa. *Ex iisdem ibidem.*

*Fallacia figuræ dictionis*, est deceptio proveniens, ex similitudine dictionum penes finalem terminationem. Ut, rex & lex videntur esse ejusdem generis, quia eodem modo terminantur. *Ex iisdem ibidem.*

*Fallacia accidentis*, est argumentatio captiosa, quia perperam infertur aliquid alicui convenire, quia convenit ejus accidenti. Verbi gratia, animal est asinus, homo est animal: ergo homo est asinus. Accidentis nomine, hic intelligitur omne prædicatum, sive substantiale, sive accidentale, quod est partim idem cum subjecto, partim ab eo diversum, seu quod latius patet subjecto, potestque aliis attribui. Ut, animal respectu hominis est accidens, quia licet de homine essentialiter dicatur; est tamen ab eo partim diversum, quatenus inest bruto, & de bruto dicitur. *Ex iisdem ibidem.*

Falla-

Fall  
decip  
sti sec  
Æt  
Erg  
Fall  
ens, ex  
propte  
quam  
Ut, gl  
Sed  
Erg  
Peti  
quæ ta  
pium,  
dem: f  
certe c  
tum, a  
Falla  
sumpt  
cum a  
sint. A  
cessari  
latur.  
ro con  
tur fall  
fertur  
hujus  
mo, er  
ganda  
conve  
Falla  
gumer  
sitate  
facien  
ret ali



*Fallacia secundum quid, & simpliciter, est idoneitas decipiendi, proveniens ex apparenti convenientia dicti secundum quid, ad dictum simpliciter. Ut,*

*Æthiops est albus secundum dentes.*

*Ergo est albus. Ex iisdem ibidem.*

*Fallacia petitionis principii, est deceptio proveniens, ex eo quod aliquis videtur probare conclusionem, propter diversitatem antecedentis à consequente, quam tamen non probat, propter eorum identitatem. Ut, gladius secat.*

*Sed ensis est gladius.*

*Ergo ensis secat.*

*Petitum principium, quia ensis, & gladius sunt idem, quæ tamen sumuntur. Ut, diversa, unde petere principium, est aliquid probare per seipsum: seu idem per idem: sive eodem termino: sive diverso efferatur, vel certe obscurum per obscurius, ignotum per æque ignotum, aut ignotius. Ex iisdem.*

*Fallacia consequentis est argumentatio sophistica, sumpta ex apparenti convertibilitate consequentis, cum antecedente, cum tamen verè converti non possint. Antecedens hic dicitur, id quo posito aliud necessario sequitur, quod propterea consequens appellatur. Ut, homo est antecedens animalis, animal vero consequens hominis, in hoc igitur modo extruuntur fallaciæ, vel cum ex destructione antecedentis infertur consequentis destructio, quia ex illius positione, huius quoque positio intelligitur. Verbi gratia, est homo, ergo animal, si igitur non est homo nec animal, neganda est consequentia, homo enim, & animal, non sunt convertibiles termini. Ex iisdem ibidem.*

*Fallacia secundum non causam, ut causam, est argumentatio sophistica, proveniens ex eo quod ex falsitate conclusionis, infertur falsitas orationis, nihil facientis ad illationem conclusionis, quæ tamen apparet aliquid facere, ut omne contrarium corruptioni*



est generatio, sed vita est contraria corruptioni, & vita, & anima sunt idem, ergo vita est generatio, conclusio est falsa, ergo aliqua præmissarum, & non alia nisi ista, anima, & vita sunt idem. Respondeo, non hanc esse falsam, scilicet anima, & vita sunt idem: sed hanc vita est contraria corruptioni, quæ tamen sumebatur ut causa conclusionis. *Ex iisdem ibidem.*

*Fallacia* plurium interrogationum ut unius, est argumentatio captiosa, in qua ex una responsione ad plures diversas, vel oppositas interrogationes data, colligitur aliquid absurdum. Verbi gratia, sophista quærat, estne Alexander homo, Bucephalus vero non, & respondens dicat ita, sophista inferet: ergo Bucephalus est homo, Alexander minimè, si neget convincetur falsitatis. *Ex iud. ibid.*

### Falsitas.

*Falsitas*, est difformitas potentia cognoscentis ab objecto. Ut, si quis putet solem terram minorem. *Ex D. Thom. 1. de Interpret. cap. 3. lect. 5.*

### Fama.

*Fama*, est alicujus propter bonum, quod habet, vel habere putatur, celebris inter homines notitia.

### Fames.

*Fames*, est appetitio sicci & calidi. *Ex Arist. 2. de anima cap. 3.*

### Fascinatio.

*Fascinatio naturalis*, est alteratio corporis, propter spiritus noxios, in ipsum ab intuentis oculis, vel ore emissos. Ut, cum vetula suo aspectu infantes lædunt. *Ex D. Thom. 1. quæst. 117. art. 3.*

*Fascinatio Magica*, est infectio corporis, procedens ex malitia intuentis, & à dæmone facta. Ut, cum sagæ morbos inferunt. *Ex eodem ibidem.*

*Fatum.*



*Fatum.*

*Fatum*, est rebus mobilibus inhærens dispositio per quam divina providentia suis quæque necit ordinibus. *Boëtius 4. de consolat. Philosoph.* seu est ordo secundarum causarum divinæ providentiæ decreta exequentium. *Ex D. Thom. 2. Physic. lect. 10.*

*Fatum* virtualiter, est divina voluntas moderans, & disponens causas secundas, ad productionem fatalium effectuum.

*Fatum* formaliter, est dispositio ipsa secundarum causarum, ad effectum fatalem, id est, infallibilem reductam in divinam voluntatem. *Ex eod. quest. 116. art. 2.*

*Fel.*

*Fel.*, est humor flavus in corpore, & intima hepatis parte, in vesicula quadam contentus, quam cistulam felleis appellant. *Aristot. 4. de partib. anim. cap. 2.*

*Feritas.*

*Feritas*, seu sævitia, est vitium, quo quis insones, seu solius voluptatis, seu proprii commodi causa cruciat, aut necat. *Ex D. Thom. 2. 2. quest. 157. art. 1.*

*Fidentia.*

*Fidentia*, est virtus, quæ in aliis rebus difficilibus, extra pericula mortis, promptum animum præstat. *Ex eodem 2. 2. quest. 128.*

*Fides.*

*Fides*, est habitus, quo assentimur rei: propter dicentis auctoritatem. *Ex eod. 2. 2. quest. 1. art. 4. quest. 4. art. 1. & alibi.*

*Figura.*

*Figura* propriè, est modus quantitatis, resultans ex magnitu-



magnitudinis terminatione. Ut, figura rotunda quadrata, &c. *Ex Simpli. in practica.*

*Figura*, ut species qualitatis, condistincta cum forma, est modus quantitatis, in seipsa spectata, abstrahendo ab omni subiecto. Ut, figuræ Mathematicæ triangulus quadrangulus, &c. *Ex eodem, & aliis Interpretibus ibidem.*

*Figura syllogistica*, est legitima complicatio mediæ, cum extremis secundum subiectionem, & prædicationem. *Ex Arist. 1 priorum cap. 4.*

*Figura prima*, est in qua, medium semel subicitur, semelque prædicatur. Ut,

Omnis virtus est laudabilis.

Sed justitia est virtus.

Ergo justitia est laudabilis. *Ex eodem ibidem.*

*Figura secunda*, est in qua medium bis prædicatur.

Ut, Nullus lapis est animal.

Omnis homo est animal

Ergo nullus homo est lapis. *Ex eodem ibid. cap. 5.*

*Figura tertia*, est in qua medium bis subicitur. Ut,

Omne vivens est corpus.

Omne vivens est substantia.

Ergo aliqua substantia est corpus *Ex eodem ibid.*

*cap 6.*

### Finis.

*Finis*, est id cuius gratia aliquid fit. Ut, beatitudo cuius gratia fiunt bona opera. *Arist. 2. Physic. c. 3.*

*Finis* cuius, est ille cuius adipiscendi gratia movetur, vel operatur agens. Ut, sanitas, cuius recuperandæ causa, sumitur medicina. *Ex Arist. 2. de anima cap. 4.*

*Finis* cui, dicitur, ille cui procuratur finis cuius. Ut, homo, cui sanitas, per medicinam quæritur. *Ex eodem ibidem.*

*Finis* internus, & proximus, est qui primò, per se, & immediate intenditur. Ut, architectonicæ finis inter-

us,



nus, est domus constructio. *Ex Divo Thoma 1.2. quest. 12. art. 2.*

*Finis* externus, & remotus, est qui secundario, & mediante alio, per se tamen intenditur. Ut, in architectonica, domus habitatio. *Idem ibidem.*

*Finis* operis, seu scientiæ, est ad quem per se, & ex propria natura, actio, vel habitus ordinatur. Ut, finis Logicæ est rectitudo actionum mentis, *D. Thom. 2.2. quest. 141. art. 6.*

*Finis* operantis, seu scientis, est quem artifex pro arbitrio sibi proponit, in actionis exercitio, vel scientiæ acquisitione. Ut, qui addiscit scientiam: propter utilitatem, vel honorem inde comparandum. *Ibidem.*

*Finis* simpliciter ultimus, est is ad quem actu, vel virtute referuntur omnia: ipse verò ad nullum prorsus ordinatur. Ut, Deus. *Idem 1.2. quest. 1. art. 1.*

*Finis* secundum quid ultimus, est qui aliquam actionum seriem terminat, in qua per se ultimo intenditur, potest tamen ad alterum referri. Ut, sanitas.

*Finis* est artis Medicæ, ordinari tamen potest ad aliud puta ad orandum, vel studendum. *ibidem.*

*Finis* quo seu formalis, est operatio per quam finis objectivus attingitur. *Ex eodem ibidem. art. 8.*

*Finis* objectivus seu qui, est res ea, quæ per actionem producitur, vel acquiritur. Ut, Deus, est hominis.

*Finis* objectivus, & qui possidetur clara autem Dei visio finis formalis, & quo possidetur Deus. *Ibidem.*

### Flamma.

*Flamma*, est fumus ardens, seu spiritus sicci ardor. *Arist. 2. de ortu, cap. 1.*

### Flegma.

*Flegma*, ut unius ex humoribus primis est substantia humida, & frigida, ex cibi crassitie, ab hepatis calore



calore debili generata. *Ex Alberto Magno de omni lect. 3. tract. 2. cap. 30.*

*Flegma* ut excrementum, est humor, quem non perfecte digerit calor naturalis, impeditus superfluitate a-  
quositate eius. *Ex eodem ibidem.*

### Forma.

*Forma* latè, est quidquid aliud complet, aut determinat aut per quod operatur. Ut, anima, candor, existentia. *Ex D. Thom. 4. dist. 3. art. 1. & 1. quest. 76. art. 1.*

*Forma*, est quæ dat esse rei. Ut, forma ignis, dat igni esse ignis, & albedo, corpori esse albi. *Aristot. 2. Physic. cap. 3.*

*Forma* substantialis, est actus substantialis, incompletus, unum per se cum materia constituens. Ut, anima. *Ex Aristot. & Interpret. 2. Physic. c. 3.*

*Forma* assistens, est quæ non est pars rei, sed ei movendæ tantum præest. Ut, Angelus cælo. *Ex D. Thom. 7. Met. lect. 11.*

*Forma* accidentalis, dicitur quodlibet accidens, respectu subjecti, cui inhaeret. Ut, albedo nivis. *Ex D. Thom. 1. quest. 66. art. 1. & alibi passim.*

*Forma* species qualitatis, est modus quantitatis, in corpore spectatæ, & figura exterior ornata coloribus. *Ex Boëtio, in prædicam. cap. de qualitate.*

*Forma* Metaphysica, est totius rei substantialis, essentia. Ut, animal rationale, dicitur hominis forma Metaphysica. *Comm.*

*Forma* syllogismi, est legitima dispositio propositionum, secundum figuram, & modum. *Ex Arist. & Interpret. 1. priorum.*

*Formalitas*, est omnis ratio: seu notio, quæ concipitur aliquid.

### Fœlicitas.

Vide Beatitudo.

For-



*Formido.*

*Formido*, est actus intellectus, per quem judicamus opinionem, cui assentimur, posse esse falsam.

*Fortitudo.*

*Fortitudo* latè, est firmitas animi, in bono honesto: Seu.

Est firmum propositum, in habendi bono honesto, ita ut nulla ratione ab eo avelli te permittas. Ex *D. Tho.* 2.2. *quest.* 113. *art.* 2. Et *D. Ambros.* lib. 2. *de Officiis.* Et sic non est virtus specialis: sed conditio omnis virtutis.

*Fortitudo* ut est specialis virtus, est mediocritas circa metum, & audaciam: Seu.

Est virtus, quæ motus animi in rebus terribilibus præsertim mortis periculis sustinendis, vel repellendis moderatur. Ex *D. Thom.* eadem *quest.* Et *Aristot.* 2. *Ethic.* cap. 7. & 3. *Ethic.* cap. 11.

*Fortis*, propriè ille dicitur, qui circa præclaram mortem impavidus fuerit, & circa ea quæ mortem afferunt, cum proxima sunt. *Idem* 3. *Ethic.* c. 11.

*Fortuna.*

*Fortuna*, est causa per accidens, in iis quæ agunt ex electione. Ut, inopinatus duorum hominum occursum. *Arist.* 3. *Metaphysic.* c. 2. & 2. *Physic.* cap. 6.

*Friabilia.*

*Friabilia*, sunt ea quæ multos habent vicissitudinarios meatus. Ut, vitrum. *Arist.* 4. *Meteor.* c. 2. text. 44.

*Friabile*, est corpus porosum, in minutissimas partes divisibile. Ut, glacies. Ex eodem *ibidem.*

*Frigidum & Frigus.*

*Frigidum*, est quod conjungit & congregat, similiter, & quæ



& quæ eiusdem sunt generis, & quæ diversi. *Arist. 2. de ortu, cap. 2.*

*Frigus*, est quod per se tam homogenea, quam heterogenea congregat. Verbi gratia, in glacie, aqua, terra, lignum, &c. congregantur à frigore. *Ex eodem ibid.*

### *Fraus.*

*Fraus*, est executio astutiæ, per facta. Ut, cum quis utitur mensura minori quam debet.

### *Fruitio.*

*Fruitio*, est delectatio de bono, quod possidetur. *Ex D. Thom. 1. 2. quæst. 11. art. 1.*

### *Fulgor.*

*Fulgor*, est ignis collectio qui in aëre exarsit per cælum, ille quidem, aut jaculari specie transmeans, aut uno loco fixus. *Arist. de mundo, cap. 3.*

### *Fulgur.*

*Fulgur*, est exhalatio accensa, è medio nubis erumpens. *Ex Arist. ibidem.*

### *Fulmen.*

*Fulmen*, est exhalatio multa, ignita è nube magno impetu excussa. *Idem de mundo, cap. 4.*

*Fulmen*, vocatur spiritus ignitus à nube disrupta, in terram illisus si semiustum quidem, id universum tamen, violentumque incubuerit, præter, id est, accensus turbo, dicitur: si prorsus ignis nihil interim conceperit. Typhon vocatur: qui est vortex procellosus, & everberans, horum quidquid in terram impetu decubuerit: scriptos, id est fulmen vocatur, p solois dicitur, cum fuliginem contraxit, arges si raptim emicuerit, elicias si lineari specie conformatus est, scepti dicuntur,

tur, quæ  
bidem.

Fum  
lorum

G  
gn  
Est  
tis. A

Ge  
quæ i  
ralib

Ge  
sivi  
acci  
Arist

G  
null  
cap.

E  
tial  
eode

C  
pio  
ra.



tur, quæcumque fulmina, in quibusvis illisa sint. *Idem ibidem.*

*Fumus.*

*Fumus*, est exhalatio ligni corporis, & ossium, & pilorum & talium. *Ex Aristot. de Meteor. 4. cap. 2.*

*Gaudium.*

*Gaudium*, est lætitia boni quod adipiscitur qui dignus est illius. *Averroës Rhetoric. 2. cap. 13. Seu.*  
Est animi diffusio in conceptione boni convenientis. *Albert. Magn. Ethic. 1. tract. 6. cap. 16.*

*Gemma.*

*Gemma* sunt vitæ naturæ opere producta, quibus aqua immixtum est subtile. *Albertus Magnus 1. de mineralibus. tract. 1. cap. 2.*

*Generatio.*

*Generatio* latè, est mutatio à termino negativo, ad positivum, seu à non esse, ad esse, sive substantiale, sive accidentale. Ut, productio ignis, productio caloris. *Ex Arist. 11. Metaphysic. cap. 10 & 5. Physic. c. 1.*

*Generatio* substantialis, est mutatio totius in totum, nullo remanente. Ut, subjecto eodem. *Ex Arist. 1. de ortu, cap. 4. Seu.*

Est transitus à non esse substantiali, ad esse substantiale, in materia. Ut, generatio hominis, lapidis. *Ex eodem.*

*Generatio* viventium, est processio viventis, à principio vivente, conjuncto secundum similitudinem naturæ. *Ex D. Thom. 1. quest. 27. art. 2. & 3. sent. dist. 8. quest. 1.*

*Genus,*



## Genus.

*Genus* Physicè, est principium, à quo multi oriuntur. Ut, Romulus, dicitur genus Romanorum. Ex *Arist. 5. Metaph. c. 17.* & *Porphyrio in Isagoge, cap. de genere.*

*Genus* Physicum, etiam à Philosophis dicitur materia prima per analogiam, cum genere Logico, quod sicut hoc in multis speciebus, ita illa in omnibus Physicis compositis reperiatur.

*Genus* Logicum, est unum aptum inesse multis, per modum partis, essentialis, determinabilis. Ex *Arist. 5. Metaphys. c. 27.* Seu.

Est id, quod prædicatur de multis specie differenti- bus in quid. Ut, animal, virtus. *Porphyrus in Isagoge, cap. de genere. Ex Arist. 1. topic. cap. 4.*

*Genus* supremum, est quod supra se genus non habet. Ut, substantia, quantitas. *Comm.*

*Genus* intermedium, est quod supra, & infra se habet genera. Ut, vivens. *Comm.*

*Genus* infimum, est quod sub se, tantum species habet. Ut, brutum. *Comm.*

*Genus* immediatum, seu proximum est inter quod & speciem nihil intercedit. Ut, animal respectu hominis.

*Genus* mediatum, seu remotum, est inter quod, & speciem intercedit aliud genus. Ut, vivens respectu hominis.

## Geometria.

*Geometria*, est quantitatis continua, situm habentis, immobilis, cognitio. *Ammonius in Porphyrum. Seu.*

*Geometria*, est scientia, quæ circa lineas, & figuras quatenus magnitudines quædam sunt, contemplan- das occupatur. Ex *Euclids 2. element. & Proclo in eum- dem.*

Glaciers

Glac  
ortu, ca  
Glac  
Idem de  
Glac  
nis alic

Glor

Gno  
bus da  
vel cer  
legisla  
2. 2. qu

Gra  
prædi  
quod  
Comm

Gra  
ta part  
obof

Gra  
rum t  
tempo

Gra  
petita

Gra  
à poë  
Porph



*Glacies.*

*Glacies*, est congelatio humidi, & frigidi. *Arist. 1. de ortu, cap. 3. Seu.*

*Glacies*, est aqua confecta, à serenitate compactibili. *Idem de mundo cap. 3. Seu.*

*Glacies*, est aqua ex admixtione terrenæ concretio- nis aliquantulum etiam caloris congelata.

*Gloria.*

*Gloria*, est clara cum laude notitia.

*Gnome.*

*Gnome*, est habitus rectè judicandi, ex principiis quibusdam altioribus; contra tenorem verborum legis; vel certè de iis, quæ lege sancita non sunt: juxta tamen legislatoris mentem. *Ex D. Thom. 1. 2. quest. 57. art. 6. & 2. 2. quest. 61. art. 4.*

*Gradus.*

*Gradus Metaphysicus*, est attributum quodlibet; seu prædicatum essentiale, genericum: vel specificum, quod alicui rei convenit. *Ut, animal, vivens, corpus. Commun.*

*Gradus Mathematicus*, est una ex trecentis sexaginta partibus in quas dividuntur Sphæræ circuli. *Ex Sacrobosco in Sphæra.*

*Gradus Medicus*, est ea quatuor primarum qualitarum temperies, quæ potest sensibiliter alterare tactum temperatum explorantis. *Comm.*

*Gradus Physicus*, est ea pars qualitatis, quæ octies repetita, totam ejus intensionem adæquat. *Comm.*

*Grammatica.*

*Grammatica*, est peritia, eorum quæ magna in parte, à poëtis, ac rerum scriptoribus dicuntur. *Ammepius in Porphy. Seu.*

Est



Est ars, quæ congruè loquendi, & poëtas, historicos-  
que intelligendi, rationem tradit. *Ex Caro & Crate apud  
Picum Mirandulam de examine veritatis. Doct. gen. lib. 1.  
cap. 6.*

### Grando.

Grando, est aqua decidens è nube, vitrigoris: inter  
cadendum congelata. *Ex Arist. Meteor. 1. cap. 2.*

### Gratia.

Gratia, est animæ motio, quæ referre beneficium cu-  
pimus, ei à quo acceperimus. *Eusthatus. 2. Ethic. cap. 1.  
Seu.*

Est in quæ amicitiarum, & officiorum alterius me-  
moriam, & alterius remunerandi voluntas continetur.  
*Cicer. in officiis.*

### Gratitudo.

Gratitudo, est virtus, quæ benefactori redditur gratia.  
Seu.

Gratitudo, est quæ iis, qui de nobis benè meriti sunt  
gratiam non solum habemus, & agimus: sed etiam  
cum possumus referimus.

### Grave.

Grave, est quod natum est ferri ad medium, *Arist. 1.  
de cælo cap. 8.*

Gravissimum, est quod omnibus substat, quæ ferun-  
tur deorsum. *Idem ibid. cap. 2.*

Grave simpliciter, est quod movetur ad locum infi-  
mum. Ut, terra. *Ex eodem ibidem. & 4. de cælo cap. 2.*

Grave secundùm quid, est quod natum est ferri ad  
locum prope infimum. Ut, aqua, *Ex eodem ibidem.*

### Gravitas.

Gravitas naturalis, est principium effectivum motus  
ad medium. *Ex eodem locis citatis.*

Gravitas



*Gravitas* moralis, est inter morositatem, & jocositatem, medium circa conversationes. *Ex Arist. magnor. moral. prior. cap. 29.*

### Gula.

*Gula*, est vitium in appellatione, & usu cibi & potus debitum modum, id est, prescriptum ratione excedens. *Ex D. Thom. 2. 2. quest. 148. art. 1. 2. & 4.*

### Gustus.

*Gustus*, est facultas animæ sentientis, quæ versatur circa percipiendum saporem. *Ex Aristot. 2. de anima. cap. 4.*

### Habere.

**H**abere, seu habitus prædicamentum, est corporum, & eorum, quæ circa corpus sunt adjacentia. Ut, habere vestem. *Gilbert. de sex principis. Seu.*

Est substantia, ut per modum vestimenti, vel ornamentum corpus afficit. Ut, esse armatum, & creatum, &c.

*Habitus* ut qualitas, est qualitas, permanens, potentiam facilitans, vel elevans, ad producendos actus. *Ex D. Thom. 1. 2. quest. 4. art. 2. & 3. distinct. 14. art. 1. quest. 2.*

*Habitus* acquisitus, seu naturalis, est qualitas, exactuum frequentatione genita, difficulter mobilis, inclinansque potentiam, ad similes actus, his per quos productus est. Ut, scientia, justitia. *Ex Arist. 6. Ethic. c. 1. Et D. Thom. locis citatis*

*Habitus* infusus, seu supernaturalis, est qualitas creaturæ intellectuali, à Deo infusa, potentiam elevans, ad supernaturales actus producendos. Ut, fides, spes, caritas. *Ex Theologus passim.*

*Habitus,*



*Habitus*, seu intellectus principiorum, est virtus intellectualis, per quam intellectus inclinatur, ad facile assentiendum primis principiis; propter evidentem veritatem, ex ipsorum terminorum penetratione perceptam. Ut, cum facile assentimur, his principiis, quodlibet est, vel non est. Impossibile est, idem simul esse, & non esse. Ex Arist. 6. Ethic. cap. 3. & D. Thom. ibidem.

### Habilitas.

*Habilitas*, est medium inter potentiam, vel subjectum, & actum, seu formam. Divo Thom. 1. part. quest. 48. art. 4. Seu.

Est dispositio quædam potentie, vel subjecti, ad formam vel actum facilius recipiendum. Qualis est in digitis, ad ludendum cythara, exercitatis.

### Habitudo.

*Habitudo*, est ordo, seu respectus unius, ad alterum. Ut, Creaturæ, ad Deum; Patris, ad Filium; visus, ad lumen, & calorem.

*Habitudo*, est etiam corporis constitutio, & valetudo, sive bona, sive mala. Ex Alexan. Aphrod. in 1. natur. quest. cap. 9. & alius.

### Harmonia.

*Harmonia* latè, est aliquorum cum debita proportione, & congrua ratione compositio. Ex Arist. 1. de anima, cap. 2.

*Harmonia* musica, est ratio, & compositio earum rerum, quæ inter se commiscuntur, non fortuito, & temerè; sed ex quadam cantus, modulationisque compositione. Alexand. Aphrod. in 1. de anima. cap. 8.

### Honestas.

*Honestas*, est excellentia quædam, honore digna, ob  
spiri-

Spiritu  
& ind  
& 2.  
Hon  
agend  
Et Ar

Hon  
judicio  
tura ra

Hon  
propte  
Thom. I

Horu  
ptus, q  
gulos r

Hum  
mino, f  
cap. 2.

Hum  
minatu  
ibidem

Hum  
nat, ne  
ciat. Ex

Est vi  
infimis



spiritualem pulchritudinem, qua quis id quod turpe est  
& indecorum, repellit. *Ex D. Thoma 2.2. quest. 145. art. 1.  
& 2.*

*Honestas*, est animi electio, firma & stabilis, ea omnia  
agendi, quæ secundum virtutem sunt. *Ex eodem ibidem.  
Et Arist. 2. mag. Moral. cap. 9.*

### Honestum.

*Honestum* generatim, est quidquid conforme est, cum  
iudicio rectæ rationis, tanquam regula operationis na-  
turæ rationalis. *Ex Arist. 7. Moral. Eudem. cap. 15.*

### Honor.

*Honor*, est testimonium excellentiæ alterius, maximè  
propter virtutem, sive id verbis fiat, sive factis. *Ex. D.  
Thom. 1.2. quest. 2. art. 6. & 2.2. quest. 15. art. 1.*

### Horizon.

*Horizon*, est circulus major, ex vertice loci descri-  
ptus, qui dividit meridianum, & ab eo dividitur, ad an-  
gulos rectos Sphærales. *De Sacrobosco in Sphæra.*

### Humiditas.

*Humidum*, est quod est interminabile proprio ter-  
mino, facile verò terminabile alieno. *Arist. 2. de orta,  
cap. 2.*

*Humiditas*, est qualitas una, ex primis, quæ facile ter-  
minatur termino alieno, difficile proprio. *Ex eodem  
ibidem.*

### Humilitas.

*Humilitas*, est virtus, quæ hominis cupiditatem fræ-  
nat, ne in altum extollatur: sed potius ad infima se deji-  
ciat. *Ex D. Thom. 2.2. quest. 161. art. 1. Seu.*

Est virtus, qua quis defectum suum considerans, se in  
infimis, secundum modum suum continet. *Idem ibid.*

D

Humo-



*Humores.*

*Humores primi*, sunt substantiæ quædam mixtæ, & fluidæ, nutriendo, conservandoque corpori à natura destinatæ.

*Humores secundi*, sunt in quæ sanguis convertitur, sunt autem quatuor, humiditas, sanguinea, Ros, Cambium, & Glutem. *Communis.*

*Hyems.*

*Hyems*, est gelu frigoris; atque siccitatis excessio. *Arist. Problem. sect. 1. num. 17.*

*Hypothesis.*

*Hypothesis*, est quæstio, personis, temporibus, factis, cæterisque circumstantiis, implicita. *Boët. de diff. topic. Cic. lib. 1.*

*Idea.*

**I***Idea*, est forma, quam imitatur effectus, ex intentione agentis, determinantis sibi finem. *Ex D. Thom. 1. part. quæst. 44, art. 3.*

*Ignis.*

*Ignis*, est elementum summè calidum, excellenter siccum, simpliciter leve, ex Philosophis omnibus.

*Ignorantia.*

*Ignorantia*, est rei alicujus inscitia. *Ex D. Thom. 1. 2. quæst. 76, art. 2.*

*Ignorantia simplicis negationis*, est mera carentia scientiæ, quam quis habere non tenetur. *Ut, in Rustico, Juris vel Philosophiæ inscitia. Idem ibidem.*

Igno-

*Ignis*  
quis h  
sciat, c  
Ignor  
scienti  
Ut, qu  
ror est  
dem.

*Ignor*  
diendo  
quand

*Illibe*  
amissio  
Eudem  
*Illibe*  
quiden  
ctura f  
ibid.

*Imag*  
percipi  
vel inte  
D. Thom  
*Imag*  
scienti  
sensibu

Imag



*Ignorantia* privationis, est carentia scientiæ, quam quis habere aptus est, & tenetur. Ut, si medicinam nesciat, qui se medicum profitetur. *Ex eodem ibidem.*

*Ignorantia* pravæ dispositionis, est error contrarius scientiæ, quam quis habere, vel idoneus est, vel debet. Ut, qui negans Deum esse, & talis ignorantia, seu error est in hæreticis circa articulos fidei. *Ex eodem ibidem.*

*Ignavia.*

*Ignavia*, est vitium deficiens in audiendo, & aggrediendo, cum quis non audet aggredi, quod oportet, quando, vel quomodo oportet. *Arist. 3. Ethic. cap. 7.*

*Illiberalis*

*Illiberalis*, est qui omni acquisitione gaudet, & omni amissione dolet, magis quam oportet. *Aristot. Moral. Eudem. 3. cap. 4.*

*Illiberalitas*, est vitium quo quis pecuniam expendit, quidem: sed partius quam oportet, malè, & plus jacturæ faciens, nullo habito temporis delectu. *Ex Arist. ibid.*

*Imaginatio.*

*Imaginatio*, est actio facultatis imaginativæ, qua vel percipiuntur objecta, à sensibus externis percepta, vel intellectui representantur. *Ex Arist. 3. de anima. Et D. Thom. de verit. quest. 15. art. 2. & 1. quest. 48. art. 4.*

*Imaginativa*, seu imaginatrix, est facultas animæ sentientis, perceptiva objectorum etiam absentium, quæ sensibus externis percepta sunt. *Ex eisdem ibidem.*

*Imago.*

*Imago*, est expressare alicujus similitudo.



*Immediatio.*

*Immediatione* suppositi agere dicitur illud, quod passum per proprium suppositum contingit. Ut, serra secans lignum.

*Immediatione* virtutis agere, dicitur illud quod passio non per suppositum, seu vicariam qualitatem conjungitur. Ut, dum ignis agit in manum eam attingit per suum calorem.

*Impatientia.*

*Impatientia*, est vitium, quo quis ira, indignatione, vel aliter justum dolendi modum, quem patientia prescribit exuperat. Ex D. Thom. 2.2. quast. 136.

*Impietas.*

*Impietas*, est injuria parentibus: aut iis qui parentum loco honorandi sunt, irrogata. Ex eodem 2.2. quast. 101.

*Impotentia.*

*Impotentia* latè, est carentia potentia activæ. Ut, cæcitas.

*Impotentia* qualitatis species, est qualitas, qua quid ægrè, vel parum agit, aut resistit. Ut, visus senis mollities cæcæ. Arist. in predicament.

*Impossibile.*

*Impossibile*, est quod fieri, vel esse repugnat. Ex Arist. 2. de Interpretatione.

*Implicare contradictionem.*

*Implicare contradictionem* dicitur, cum quid fieri non potest, quia sequeretur idem simul esse, & non esse. Ut, implicat dari hominem, qui non sit rationalis. Com-  
mentarij,

Impul-



*Impulsus.*

*Impulsus*, est qualitas impressa mobili à projiciente, per quam sursum, deorsumve, aut in aliam loci differentiam projicietur. Ut, jactus lapidis.

*Imprudencia.*

*Imprudencia*, est vitium, quo quis in occurrente negotio, quid agendum, vel non agendum, non advertit, cum possit. Ex D. Thom. 2. 2. quæst. 55.

*Inæqualitas.*

*Inæqualitas*, est relatio inter duas quantitates, quarum una alteram excedit, vel ab ea exceditur. Ex Arist. in prædicam.

*Inane.*

*Inane*, est spatium corpore carens, nec aptum eo naturaliter repleti, quale erat ante mundum conditum.

*Inconsideratio.*

*Inconsideratio*, est vitium, quo quis absque ullius rei intuitu, in opus irrumpit. Ex D. Thom. 2. 2. quæst. 53. art. 2.

*Inconstantia.*

*Inconstantia*, est vitium, quo quis sine ulla, vel certe sine justa causa sententiam mutat. Ex eodem ibidem.

*Incontinentia.*

*Incontinentia*, est vitium, per quod passio præsertim ea, quæ versatur circa delectationes tactus, vincit rationem, usu rationis manente. Ex eodem ibidem. & qu. 156. art. 2.

*Individuum.*

*Individuum* primò intentionaliter, est cujus proprietates

od pas-  
erra se-dpasso  
onjun-  
git peratione,  
ia præ-paren-  
2. quæst.

Ut, ex-

va quid  
ollities

x Arist.

ieri non  
esse. Ut,

Com-

Impul-



prietates omnes simul sumptæ non possunt alteri convenire. Ut, Petrus. *Porphyrius in Isagoge, cap. de specie. Seu.*

Est id quod non potest dividi in multa ejusdem omnino rationis, cujus ipsum est. Ut, hic paries, hæc albedo. *Ex Arist. & D. Thom.*

*Individuum* secundo intentionaliter, est quod de uno solo prædicari potest. Ut, Socrates de seipso. *Porphyrius ibidem.*

*Individuum* vagum, est quod de uno solo; sed indeterminate dicitur. Ut, quidam homo. *Ex Divo Thoma I. quest. 30. art. 4.*

*Individuum* signatum, est quod proprio nomine exprimitur. Ut, Socrates. *Ex eodem ibidem.*

*Individuum* demonstrativum, est quod exprimitur nomine speciei, & pro nomine demonstrativo. Ut, hic homo.

### Indivisibile.

*Indivisibile* latè, est quod partibus caret, in quas dividi possit. *Ex eod. 3. de anima, lect. 11.*

*Indivisibile* quantitatis, est quod deficit à corpore. *Ex Arist. 6. Physic.*

*Indivisibile* secundum quid, est quod deficit à corpore, secundum unam, aut alteram dimensionem. Ut, linea & superficies. *Ex eodem ibidem.*

*Indivisibile* simpliciter, est quod omninò se, seu secundum omnem dimensionem deficit à corpore. Ut, punctum. *Ex eodem ibidem.*

*Indivisibile*, etiam dicitur, cui non potest fieri additio, aut detractio absque essentiali ejus mutatione. Ut, apud Aristotelem rerum essentialium dicuntur indivisibiles, & numeri, puta ternarius, quaternarius indivisibiles, quia iis nihil potest addi, aut detrahi quin mutentur essentialiter.

*Indis-*

*Indu*  
*Arist.*  
*Induct*  
enume  
sensiti  
nimal

*Indu*  
terque  
*Mora*

*Infi*  
*rius. E*

*Infi*  
tur. *Ex*  
*Infi*  
nullis  
tur in  
cap. 3.

*Infi*  
est in  
gnitu

*Infi*  
omni  
conti  
simpl  
*ibide*

*Infi*  
gene  
in ge

*Infi*  
infin



*Inductio.*

*Inductio*, est à singularibus ad universalia accessio.  
*Arist. 1. posteriorum cap. 10.*

*Inductio*, est argumentatio, in qua ex omnium partium enumeratione, totum colligitur. Ut, omnis homo est sensitivus, omne brutum est sensitivum, ergo omne animal est sensitivum.

*Industria.*

*Industria*, est vis animi ad aliquid subtiliter, prudenterque inveniendum, vel agendum. *Ex Arist. 1. magnor. Morali.*

*Infidelitas.*

*Infidelitas*, est error fidei ex toto, vel ex parte contrarius. *Ex D. Thom. 2. 2. quest. 10. art. 1.*

*Infinium.*

*Infinium*, est quod caret termino quo circumscribitur. *Ex Arist. 2. Physic. cap. 1.*

*Infinium actu*, est illud quod simul actu existit ita, ut nullis limitibus claudatur aut claudi possit. Ut, si daretur infinita Angelorum multitudo. *Ex eodem ibidem. cap. 3.*

*Infinium potestate*, est illud, quod nunquam simul est in actu, alio modo quam finitum. Ut, quælibet magnitudo. *Ex eodem ibidem.*

*Infinium simpliciter*, est illud, quod est infinitum, in omni genere entis, ita, ut eminenter, vel formaliter contineat omnem perfectionem, possibilem, eamque simpliciter infinitam, qualis est solus Deus. *Ex eodem ibidem. Et D. Thom. 1. part. quest. 7. art. 2.*

*Infinium secundum quid*, est quod in aliquo tantum genere entis est infinitum. Ut, si daretur linea infinita in genere quantitatis. *Ex eodem ibidem.*

*Infinium categorematicum*, est quod actu constat infinitis partibus, æqualibus uni certe, determinataque





mensuræ, non communicantibus inter se, simulque existentibus. Vt, si daretur calor usquequaque infinitus. Ex Arist. 3. Physic. cap. 5.

*Infinitem* sine categorematicum, est quod continet infinitas partes, pertinentes ad constitutionem rei finitæ, vel inter se communicantes, quibusve fieri potest additio. Vt, quantitas palmaris. Ex eodem. Et D. Thom. citat.

### *Influentia.*

*Influentia* coelestes, sunt qualitates quædam occultæ per quas astra, & cœli in hæc inferiora agunt.

### *Influxus.*

*Influxus* causæ, est id quo causa concurret ad effectus productionem. Vt, in causa efficiente actio. Ex Alberto Magno de caus. & process. cap. 1.

### *Ingratitudo.*

*Ingratitudo*, est vitium quo beneficium, vel benefactoris animus contemnitur, ut non videaris ei obnoxius, seu debitor ratione beneficii. Ex D. Thom. 2, 2. quæst. 107. art. 2. & 3.

### *Inherentia.*

*Inherentia*, est modus accidentis, quo subiecto inesse aptum est, vel actu inest. Ex eodem de natura accidentium. Opus. 41.

### *Injuria.*

*Injuria*, est omne damnum quod proximo contra ius, & rationis præscriptum infertur.

### *Iniustitia.*

*Iniustitia*, est habitus quo iniuste agunt homines, & volunt iniusta. Arist. 5. Ethic. cap. 1.

Inju-



*Injustitia*, est omne vitium justitiæ oppositum.

*Inobedientia*.

*Inobedientia*, est vitium quo contemnitur præceptum, vel potestas superioris, ut ei non videaris subelle, ut pareas. Ex D. Thom. 2. 2. quest. 105. art. 1. & 2.

*Inobservantia*.

*Inobservantia*, est vitium quo quis in superiores, est injurius.

*Insecta*.

*Insecta*, sunt quæ incisuras parte sui, vel supina, vel prona, vel etiam utraqve habent, nec osseum quidquam discretum, aut carneum, sed quidquam inter hæc ipsa medium continent quippe quæ corpore pariter intus, & foris duro constant, sunt alia impennata, ut juli centipedæ, ut alia pennata, ut apes, & vespæ, scarabei, alia utroque modo, ut formicæ, alia enim pennata sunt, alia impennes. Arist. 4. hist. animal.

*Insensibilitas*.

*Insensibilitas*, seu stupor, est vitium, quo quis ita refugit delectationes gustus, & tactus, ut nolit illis uti quando, vel ubi, vel quantum secundum rectam rationem oportet. Ex D. Thom. 2. 2. quest. 42. art. 1.

*Instans*.

*Instans*, est indivisibile temporis ejus partes continuans, aut terminans. Ex Arist. 4. Physic. cap. 4. & D. Thom. Opusc. 36.

*Instantia*.

*Instantia*, est propositio propositioni contraria, quæ  
D 5; intelli-



Intelligitur opposita per contradictionem. Ut, si quis proponat, omnis habitus est laudabilis, instabilis aut vitium est habitus, non est tamen laudabile, ergo aliquis habitus non est laudabilis. *Ex Arist. 1. prior. cap. 26. Et Alberto Magno ibidem.*

### Instrumentum.

*Instrumentum*, est quod assumitur à causa principali, ad effectum ipso (sæpe) nobiliorem producendum, in virtute superioris agentis. *Ex D. Thom. 2. dist. 35. art. 4.*

*Instrumentum* supernaturale, est quod assumitur à Deo, ad effectus supernaturalis productionem. Ut, sacramenta ad gratiam producendam. *Ex eod. 3. quæst. 62. art. 1.*

*Instrumentum* naturale, est quod elevatur è causa naturali, ad sui effectus productionem. Ut, semen ad producendum vivens. *Ex eodem ibidem. Et Arist. 1. de partib. anim. cap. 5.*

*Instrumentum* artificiosum, est quo utitur artifex, ad effectum alicujus per artem. Ut, securis. *Ex iisdem.*

*Instrumentum* conjunctum, est quod non potest agere, nisi principali causæ actu jungatur. Ut, calamus, lingua.

*Instrumentum* separatum, est quod agit seorsum etiam à principali agente positum, tanquam ejus virtus. Ut, calor, semen.

### Intellectus.

*Intellectus*, est facultas cognoscitiva, quæ versatur circa ens. Ut, verum, est percipiendum. *Ex Arist. 3. de anima. cap. 3. Et D. Thom. 1. quæst. 70. art. 10.*

*Intellectus* agens, est qui rerum à sensu perceptarum species intelligibiles, in possibile imprimit. *Ex iud. ibid.*

*Intellectus* possibilis, seu passibilis, est qui per species, ab agente impressas intelligit. *Ex Arist. ibid. cap. 5. Et D. Thom. ibid. q. 1. de anima lect. 5.*

Intelli-



*Intelligentia.*

*Intelligentia*, interdum pro intellectu sumitur, interdum pro intellectione, seu intellectiva rei alicujus cognitione. Ut, cum dicimus assentiri primis principiis, ex intelligentia terminorum, interdum pro sensu, & explicatione propositionis; sic dicimus ea est intelligentia horum verborum.

*Intelligentia principiorum.* Vide habitus principiorum.

*Intelligentia*, ut substantia, est substantia completa, intellectiva, expers materiae, quae coe. estibus Sphaeris movendis, ac sublunariis administrandis praest. Ex Arist. 12. Metaph. 3. de caelo, lib. de causis. Plato in Philabo, In Thymeo, & aliis Ethnicis Philosophis.

*Intemperantia.*

*Intemperantia*, est excessus in concupiscendis, vel fruendis delectationibus gustus, vel tactus. Ex Arist. 3. Eudemior. cap. 2. Et D. Thom. 2. 2. quest. 142. art. 4.

*Intensio.*

*Intensio* in qualitatibus, est additio unius, pluriumve graduum qualitatis, in eadem parte subjecti. Ut, continuata calefactio.

*Intentio.*

*Intentio* formalis prima, est actio intellectus, quae recta, & absque ulla reflexione fertur in obiectum cognoscendum. Ut, cognitio hominis.

*Intentio* formalis secunda, est actio intellectus, se supra suam primam cognitionem reflectentis. Ut, postquam per primam intentionem cognovi hominem esse animal, per reflexionem, hominem voco subjectum, animal praedicatum.

*Intentio* prima obiectiva, est obiectum, in quod primario & directe tendit intellectus. Ut, homo.



*Intentio* secunda objectiva, est denominatio resultans in objecto, ex reflexa mentis intentione, seu secunda formali. Ut, esse speciem, genus.

### *Intrepiditas.*

*Intrepiditas*, est habitus per quem timoribus nullis movemur, *Pseusippus de Platon definit.*

### *Intrinsicum.*

*Intrinsicum* aliquando dicitur, quod est de rei essentia, ut animal est intrinsicum homini, aliquando quod est in re, licet extra ejus essentiam. Sic dicimus denominationem albi esse parieti intrinsicam.

### *Invidia.*

*Invidia*, est molestia quaedam propter apparentiam bonorum prosperitatem adversus similes, non. Ut, sibi adsit aliquid, sed propter illos. *Arist. 2. Rhetoric. Seu.*

Est tristitia ex alieno bono, in quantum alienum bonum potest deminuere proprium. *Alexand. de Alés in 1. Metaphysic.*

### *Involuntarium.*

*Involuntarium* negativè, est quidquid non est à voluntate, sive sit naturale, sive fortuitum. Ut, nutritio dicitur involuntaria, quia non est à voluntate, tanquam à principio effectivo. *Ex Scoto in 1. sent. distinct. 17. quæst. 3.*

*Involuntarium* propriè, est hominis actio contra, vel præter ejus voluntatem. Ut, projectio mercium in mare, cogente nauta est involuntaria mercatori projicienti, & occisio amici, à putante feram occidere, est ipsi occidenti involuntaria.

*Ira.*



*Ira.*

*Ira*, est ebullitio sanguinis circa cor, propter appetitum vindictæ. Ex *Arist. 6. Ethic. cap. 1. Et Eustrat. ibid.*

*Iracundia.*

*Iracundia*, est vitium per quod homines fiunt ad iram præcipites. *Arist. de virt.*

*Iris.*

*Iris*, est arcus multicolor in nube rorida, opaca, & concava ex radiorum solis oppositi reflexione, appa-rens oculis spectantium. Ex *Arist. 4. Meteor. cap. 1. Et Alberto Magno ibidem.*

*Judicium.*

*Judicium*, est actus intellectus unum alteri attribu-entis, vel ab eo removentis. Ex *D. Thom. 2. 2. quæst. 60. art. 1.*

*Judicium* speculativum, est actus intellectus de alicujus propositionis veritate judicantis. Ut, dum cogno-sco cælum esse rotundum.

*Judicium* practicum, est actus intellectus, quo propo-nit voluntati aliquod universale bonum amplecten-dum, malumve fugiendum. Ut, si dicas omnis virtus est amabilis.

*Judicium* practicè practicum, est quo intellectus pro-ponit voluntati aliquid prout est bonum, adhibitis lo-gi, temporisqve, circumstantiis. Ut, hic, & nunc exer-cendus est actus justitiæ.

*Juramentum.*

*Juramentum*, est actio, qua Deum assumimus. Ut, testem, in alicujus rei confirmationem. Ex *D. Thom. 2. 2. quæst. 89. art. 4.*



*Definitiones  
Ius & Iustum.*

*Ius*, est quod est æquum, & legitimum. *Ex Arist. 5. Ethic. cap. 1.*

*Iustum*, est quod est adæquatum, & commensum suæ regulæ *Ex eodem ibidem.*

*Iustitia.*

*Iustitia*, est virtus quæ unicuique jus suum tribuitur. *Ex Arist. 5. Ethic. cap. 2. Seu.*

Est habitus perpetuo inclinans voluntatem ad reddendum cuique jus suum. *Idem ibidem.*

*Iustitia legalis*, est virtus, quæ quis justè se habet, circa bonum commune principis, vel reipublicæ. *Ex Arist. 5. Ethic. cap. 2. Et D. Thom. ibidem.*

*Iustitia particularis*, est virtus, quæ quis justè se habet, circa bonum particulare alterius. *Ex eodem ibidem.*

*Iustitia distributiva*, est quæ in pœnis, præmiisque rectè distribuendis occupatur. *Ex eodem ibidem.*

*Iustitia remunerativa*, est quæ jubet honores magistratus, munera, & beneficia aliæque id genus, pro cuiusque dignitate, & meritis secundum Geometricam proportionem dispensari. *Ex eodem ibidem.*

*Iustitia punitiva*, est quæ nocentes. Ut, par est, supplicii affici jubet. *Ex eodem ibidem.*

*Iustitia commutativa*, est quæ quis rectè se habet in commutationibus, suum cuique reddendo secundum Arithmeticam proportionem, & ad hanc pertinent contractus, &c. *Ex Arist. 4. Ethic. cap. 2.*

*Lac*

**L**ac, est sanguis magis concoctus, & corruptus, seu humidior, frigidiorque redditus. *Ex Arist. 4. de generat. animal. cap. 2.*

*Lacry.*



*Lacryma.*

*Lacryma*, sunt humor cerosus, ex oculis expressus, vel comprimente partes eorum frigore, in tristitia, vel liquefaciente calore præ vehementi gaudio. Ex *Arist. in Problemat.*

*Latio.*

*Latio*, est actus mobilis localiter, prout est in potentia ad acquirendum locum. Ut, transitus, à fenestra ad januam. Ex *Arist. 4. Physicorum.*

*Latitudo.*

*Latitudo*, est dimensio corporalis magnitudinis, ab uno latere in aliud, seu in transversum.

*Laus.*

*Laus*, est oratio, quæ virtutis magnitudinem iudicat. *Arist. 1. Rhetor. Seu.*

*Laus*, est cognitio excellentis boni cum approbatione, & reputatione agentis illud. Ex *esdem ibid.*

*Lentitudo.*

*Lentitudo*, est vitium quo quis ita insensibilis est mali, & injuriarum. Ut, non excitetur ad iram quando etiam secundum rectam rationem oportet.

*Leve.*

*Leve*, est quod ferri natum est à medio. *Aristot. 1. de celo.*

*Levisimum*, est quod supereminet omnibus quæ sursum feruntur. *Idem ibidem.*

*Leve simpliciter*, est quod fertur ad locum supremum. Ut, ignis. Ex *Arist. 2. de celo. cap. 3.*

*Leve secundum quid*, est quod fertur ad locum prope supremum. Ut, aër. Ex *eodem.*

*Levitas.*



*Levitas.*

*Levitas*, est principium motus sursum in levi corpore. Seu.

*Levitas*, est principium effectivum motus à medio, seu ad locum superiorem. *Ex Arist. & Interpretibus.*

*Lex.*

*Lex*, est oratio quædam, quæ communi civitatis consensu definita, jubet quo pacto unum quodque agendum sit. *Ex Arist. Rhetoric. ad Alexandrum.*

*Lex*, est regula seu mensura actuum agendorum, vel committendorum ex dictamine rationis. *Ex D. Thom. 1. 2. quæst. 90. 1.*

*Liberalitas.*

*Liberalitas*, est virtus bene dispensandi divitias, in usus bonos sibi, suisque, & aliis. *Ex Aristot. 2. Moral. Nicom. cap. 7. Et D. Thom. 1. 2. quæst. 117. art. 1.*

*Liberalitas*, est virtus quæ moderatur amorem pecuniæ, & non similes reddit ad eas expendendas, quando ratio dicit. *Ex iisdem ibidem.*

*Libertas.*

*Libertas*, est vis agendi, vel non agendi; quidquid libet. *Ex Interpretibus in Ethic.*

*Libertas*, est potestas seu dominium in proprios actus, ut ferri possunt in opposita. *Ex iisdem.*

*Libertas* specificationis, seu contrarietatis, est quæ facultas aliqua potest in objectum ferri, actibus contrariis. Ut, voluntas potest amare, vel odisse pecuniam. *Ex iisdem.*

*Libertas* exercitii, seu contradictionis, est quæ facultas potest tantum unius speciei actum circa objectum elicere, vel non elicere: Ut, actum amoris circa quodlibet particulare bonum, non tamen actum odii. *Ex iisdem.*

*Libido.*



*Libido.*

*Libido*, est appetitus vehemens contra rationem excitatus.

*Linea.*

*Linea*, est quantitas extensa in longitudinem tantum, omni latitudine, & profunditate carens. Ex *Arist.* in *pradicam.* & *s. Metaphys.*

*Lingua.*

*Lingua*, est pars heterogenea, formanda voci, percipiendisque saporibus, & cibis à natura ordinata. Ex *Arist.* de *partib. animalib.*

*Locus.*

*Locus*, est superficies corporis ambientis, prima & immobilis. Ex *Arist.* 4. *Physic.* cap. 2.

*Locus*, circumscriptivus, est quo ita ambitur locatum: ut quælibet hujus pars cuilibet illius parti. Respondeat, & totum toti. Ut, sunt loca corporum. Ex *Arist.* & *Interpretib.*

*Locus* definitivus, est quo ita ambitur locatum, ut totum sit in toto, & totum in qualibet parte loci. Ut, locus in quo est Angelus. Ex *iisdem.*

*Locus* sacramentalis, est in quo res corporea existit modo indivisibili. Ut, corpus Christi in Hostia.

*Locus* communis, est qui continet multa locata. Ut, cubiculum. Ex *iisdem.*

*Locus* proprius, est qui unum tantum locatum ambit. Ex *iisdem.*

*Locus* totalis, est qui totum locatum adæquatè capit. Ex *iisdem.*

*Locus* naturalis, est ad quem res suapte natura propender, & in quo conservatur. Ut, spatium simpliciter deorsum est locus terræ. Ex *iisdem.*

*Locus* violentus, est in quo res contra, vel præter naturam



naturam suam, detinetur. Ut, aër, in quo suspensus lapis tenetur. *Ex iisdem.*

### Logica.

*Logica*, est facultas bene differendi. *Ex Arist. 1. Rhetor. cap. 1.*

*Logica naturalis*, est lumen intellectus, quo quis naturaliter, absque præceptis facile, recteque circa aliqua principia, & conclusiones discurret. *Ex eodem ibid. & Interpretibus in prolegomenis Logicae.*

*Logica artificiosa*, est facultas ex usu, & præceptionibus comparata, ad facile & sine errore discernendum de qualibet re proposita. *Ex iisdem.*

*Logica docens*, est scientia practica quæ circa mentis operationes rectitudine artificiosa informandas occupatur. *Ex D. Thom. 5. Metaphys. lect. 4. Et Scoto quest. 1. in Porphy.*

*Logica utens*, est facultas, quæ docentis præcepta in qualibet singulari materia exercet. *Ex iisdem.*

### Longanimitas.

*Longanimitas*, est virtus, quæ proveniens ex rei expectatæ dilatione, molestia, & quo animo fertur. *Ex D. Tho. 2. 2. quest. 17. art. 5.*

### Loquacitas.

*Loquacitas*, est resoluta loquendi sine ratione intemperantia. *Pse. sp. de Platonis definition.*

### Luctus.

*Luctus*, est tristitia de morte carorum, externis designata indicibus.

### Ludus.

*Ludus*, est actio ludicra, adversus animalis fatigationem ad animæ quietem, & delectationem instituta. *Ex D. Thom. 1. 2. quest. 1. art. 6. & 2. 2. quest. 168. art. 2.*

*Lumen.*



## Lumen.

Lumen, est actus perspicui, ut perspicuum est. *Arist.*  
3. de anima. cap. 3. Seu.

Lumen, est accidens reale, per se visibile, & quo mediante cernuntur cetera. *Ex eodem ibidem.*

## Magia.

Magia, est ars effectrix mirabilium, quæ videntur vires naturæ excedere. *Ex Apuleio Apologia. 1.*

Magia daemoniaca, est potestas, quæ ex pacto cum demone inito, efficiuntur quædam, quæ videntur supra naturam. *Ex Ficino in Apologia.*

Magia naturalis, est ars faciendi mirabilia, ex notitia occultarum naturæ virium, & proprietatum. *Ex eodem ibidem.*

## Magis, &amp; Minus.

Magis, & Minus, propriè dicitur, secundum intensiorem gradualementem qualitatis, ita ut illa qualitas, magis, & minus suscipere dicatur, quæ secundum eandem partem subiecti, vel in subiecto indivisibili potest intendi, & remitti, id est, augeri, & diminui, seu plures suæ entitatis gradus admittere. Ut, calor in eadem corporis parte, potest augeri usque ad octavum gradum, vel diminui, usque ad sui corruptionem. Sic in intellectu, scientia habitualis intenditur, vel remittitur, & qualitates quidem huiusmodi non in abstracto, sed in concreto magis, & minus dicuntur, non enim dicitur magis, aut minus calor, sed magis, aut minus calidum. Magis, & minus etiam dicitur, quod nobiliori, vel ignobiliori modo se habet. Ut, sol, dicitur, magis calidus, quam  
aër

lapis

Rhe-

is na-

liqua

&amp; In-

eptio-

rnen-

entis

occu-

st. i. in

pta in

expe-

D. Tho.

ne in-

s defi-

gatio-

ta. Ex

lumen.



aër, quia ille est eminenter, & causaliter calidus, hic formaliter, & participative à sole. Sic Aristoteli in categoriis prima substantia dicitur magis substantia, quam secunda, quia nobiliori modo subsistit, scilicet in actu exercito: hæ autem in actu signato tantum, illa etiam pluribus substat, nempe secundis substantiis, & etiam accidentibus, idque propria virtute, cum hæ tantum virtute primarum, & per primas substat dicantur. Ut, Petrus, per se, & vi propria subsistit, sustinetque albedinem, Philosophiam, &c. Homo autem, animal, & vivens per Petrum, & in Petro subsistunt, ac substat.

### *Magnanimitas.*

*Magnanimitas*, est virtus ad opera magna, & heroica, in omni virtutum genere inclinans. *Aristot. 1. Ethicor. cap. 7.*

### *Magnificencia.*

*Magnificencia*, est virtus, qua quis magnis sumptibus, in externa materia, aliquid magni efficit. *Arist. 1. magn. Moral. cap. 24. & 6. Moral. Eudem. cap. 8. & Rhetoric. 1. Seu.*

Est rerum magnarum, & excessarum, cum ampla quadam, & splendida propositione cogitatio, atque administratio. *Ex D. August.*

### *Majus & minus extremum.*

*Majus* extremum, seu major extremitas, est terminus, qui ponitur in majori propositione, cum medio. *Ex Arist. 1. prior. Seu.*

Est terminus, qui præstantiorem locum in syllogismo obtinet.

*Minus* extremum, seu minor extremitas, est terminus, qui ponitur in minori propositione cum medio. *Ex eodem ibidem. Seu.*

Est



Est terminus, qui minus præstantem locum, in syllogismo tenet. Ut, in hoc syllogismo.

Homo est animal.

Petrus est homo.

Ergo Petrus est animal.

Animal est majus extremum, Petrus minus extremum.

*Malum.*

*Malum*, est quod habet disconvenientiam, & difformitatem, cum appetitu. Ut, morbus. Ex Alberto Magno in Met. tract. 2. cap. 5.

*Manna.*

*Manna* vulgare, est liquor candidus, melliti saporis, ex subtilioribus terræ partibus sursum attractis, & vapore pertenui, parvoque, & multum decocto humido coalescens.

*Mansuetudo.*

*Mansuetudo*, est virtus quæ iram moderatur, ac frænatur. Arist. 2. Ethic. cap. 7. & 4. Ethic. cap. 5.

*Mathematica.*

*Mathematica*, est scientia, quæ in numerorum, figurarumque contemplatione versatur.

*Materia.*

*Materia* latè, est in qua aliquid recipitur, vel ex qua fit: aut circa quam versatur. *Comm.*

*Materia* in qua, est subjectum in quo accidens recipitur, & dicitur causa materialis. Ut, aër est materia, in qua, & materialis causa luminis. Ex D. Thom. 1. 2. quest. 55. art. 4.

*Materia* ex qua, id est, ex quo, sive permanente, sive trans-

, hic  
cate-  
quam  
actu  
eriam  
eriam  
ntum  
r. Ut,  
bedi-  
ivens

roica,  
hico.

ibus,  
magn.  
ric. 1.

mpla  
ead-

nus,  
Ex

ogif-

rmi-  
dio.

Est



transeunte, aliquid efficitur. Ut, lignum ex quo cathedra, & sanguis ex quo caro. *Ex eodem ibidem.*

*Materia* circa quam, est res ea in cuius contemplatione, productione, vel directione versatur habitus. Ut, corpus naturale, est materia Physicæ, mentis operationes dirigibiles Logicæ. *Ex eodem ibidem.*

*Materia* prima, est primum subiectum, ex quo aliquid fit, in quod infit, & si quid corrumpitur, ultimo resolvitur. *Ex Arist. 1. Physic. Seu.*

Neque est quid, neque quantum, neque quale, neque eorum aliquid, quibus ens dicitur determinatum, neque eorum negationes; sed est id, cui quodlibet horum accidit. *Ex Arist. 1. Metaph. cap. 1. Seu.*

Est substantia incompleta, ex se omni forma carens, potens tamen omnes recipere, & cum qualibet substantiale compositum Physicum constituere. *Ex eodem locis sitatis.*

*Materia* potentia universalis, est entitas materiæ, prout formarum omnium, tam substantialium, quam accidentalium successive recipiendarum, capax est. *Ex eodem ibidem.*

*Materia* potentia particularis, est ipsa materiæ capacitas, certis accidentibus, ad unam, potius quam ad aliam formam recipiendam determinata. Ut, materia, habens siccitatem, & calorem, habet particularem potentiam, ad formam ignis, potius quam aquæ. *Ex Interpretib. in 1. Physic.*

*Materia* appetitus, est naturalis inclinatio, & propositio materiæ, in formam tanquam in proprium bonum, & perfectionem. *Ex eodem ibidem.*

### Maximum, & Minimum.

*Maximum*, quod sic, est terminus magnitudinis intrinsicæ & quantitas, sub qua res esse potest, non potest autem sub majori. Ut, si corpus humanum excrescere possit ad quantitatem septem pedalem, non ultra. *Ex Interpretib. in 1. Physicor.*

Mini-



*Minimum* quod sic, est terminus parvitas intrinsecus, & quantitas, sub qua res esse potest, non potest autem sub majori. Ut, quantitas digitalis respectu hominis, si sub ea, non sub minori esse possit. *Ex iisdem.*

*Maximum* quod non, est parvitas terminus extrinsecus, & quantitas, sub qua res esse non potest, potest autem sub majori. Ut, si homo, non possit consistere sub quantitate nucis, sed sub qualibet majori. *Ex eisdem.*

*Minimum* quod non, est terminus magnitudinis extrinsecus, & quantitas sub qua res non potest conservari, potest autem sub minori. Ut, quantitas octopedalis. Verbi gratia. Respectu hominis. *Ex eisdem.*

### Medium.

*Medium* morale, est id quod assumitur ab agente, ad finem consequendum. Ut, elemosyna ad beatitudinem. *Ex Arist. & D. Thom. passim.*

*Medium* syllogismi, est id quod assumitur, ad probandum unum de alio. Vel

Est terminus, qui bis ponitur in præmissis, nunquam in conclusione. Ut, rationale, ad probandum hominem esse risibilem. *Arist. 1. prior.*

*Medium* per participationem extremorum, est quod ex utroque extremo, vel formaliter, vel virtualiter componitur. Ut, tepor, medium est caloris, & frigoris, & rubor, cæteri que colores, medii sunt inter albedinem, & nigredinem. *Ex eod. 1. Metaph. cap. 3.*

*Medium* per negationem extremorum, dicitur, illud subjectum, quod utriusque extremi recipiendi capax est, neutrum tamen necessario habet, & potest utroque carere. Ut, voluntas, respectu virtutis, & vitii; intellectus respectu scientiæ, & erroris. *Ex Alensi in 10. Metaphys. textu 19.*

*Medium* inter extrema dicitur, illud quod ita inter duas extremitates interjacet, ut earum nihil planè participet. Sic virtus in medio vitiorum consistere dicitur.

Verbū



Verbi gratia. Liberalitas, inter avaritiam, & prodigalitatem. *Ex eodem ibidem.*

*Medium Arithmeticum*, est quod æqualiter excedit numerum minorem, & exceditur à majori, secundum excessum quantitatis, non secundum proportionem. Ut, senarius, ternarium ternario excedit, & ternario exceditur à novenario. *Ex D. Thom. de veri quest. 1.*

*Medium Geometricum*, est cum unum exceditur ab alio, secundum eandem proportionem, quæ fit proportio propriè dicta, secundum quam excedit; sic sex, excedunt tria, in proportione dupla, & exceduntur à duodecim, in eadem proportione dupla. *Ex eodem.*

*Medium quod, seu suppositi*, est cum inter agens, & passum, mediat suppositum quod prius recipit actionem agentis, quam perveniat ad passum. Ut, aër est medius inter ignem agentem, & manum patientem. *Ex Arist.*

*Medium quo*, est forma per quam agens producit effectum. Ut, calor, est medium quo ignis agit in manum.

*Medium sub quo*, est quod potentiam perficit ad agendum, in generali eam non determinans ad objectum speciale. Ut, lumen est medium sub quo percipit oculus colorem quemlibet.

*Medium in quo*, est id per cuius inspectionem ducitur potentia, in alterius rei notitiam. Ut, in speculo cernitur res objecta, & in imagine res representata.

### Mel.

*Mel*, est succus ex varia tenuis vaporis, & subtiliorum terræ partium admistione, humido aqveo non multum dissoluto procreatus. *Ex Arist. de hist. animat. cap. 22.*

### Membrum.

*Membrum*, est pars organica corporis Physici, ad aliquem

quem  
I. de ge

Me  
disqv  
Ex A  
plicio.  
Me  
repeti  
Est  
prehe

Me  
cet ali  
Ex D. T

Me  
circa e  
I. Meta  
Me  
mniur  
rist. 1. M

Mi  
consti  
ortu, e

Mi  
possum  
art. 1.



quem vitæ usum, à natura ordinata. Ut, manus. Ex eod.  
I. de generat. animal. 1. & 2. de partib. animal. cap. 1.

*Memoria.*

*Memoria*, est facultas animæ, recipiendis, conservan-  
disque rerum cognitarum speciebus, à natura instituta.  
Ex Albert. Magn. in sum. de homin. tract. de memor. sim-  
plicio. 3. de anim. & alius.

*Memoria* ut actus, est rei antea cognitæ, ut cognita est  
repetita cognitio. Seu.

Est regressus, ad notionem ejus, quod fuit antea ap-  
prehensum, prout apprehensum fuit. Ex eisdem.

*Mendacium.*

*Mendacium*, est locutio contra mentem, cum videli-  
cet aliud loquimur, exterius, aliud interiùs sentimus.  
Ex D. Thom. 2. 2. quest. 98. art. 1. & quest. 110. art. 1.

*Metaphysica.*

*Metaphysica*, est scientia omnium præstantissima, quæ  
circa ens, ut ens est speculandum, occupatur. Ex Arist.  
1. Metaphys.

*Metaphysica*, est speculativa scientia causarum o-  
mnium, primarum, & primorum principiorum. Ex A-  
rist. 1. Metaphys. cap. 2.

*Miscibile.*

*Miscibile*, est id, ex quo, tanquam ex parte materiali  
constituitur mixtum. Ut, aqua, terra. Ex Aristot. 1. de  
ortu, cap. 2.

*Misericordia.*

*Misericordia*, est virtus, quæ alienæ miseræ, quantum  
possumus subvenimus. Ex D. Thoma 2. 2. quest. 30.  
art. 1.

E

*Mistio.*



*Mistio.*

*Mistio*, est miscibilium alteratorum unio. Ex *Arist.* 1. de ortu, cap. 8. Seu.

Est actio, qua ex pluribus elementis inter se refractis mistum ab iis essentialiter diversum, constituitur. Vt, actio, qua producitur lapis. Ex eodem *ibidem*.

*Mixtum.*

*Mixtum*, est compositum substantiale quod ex elementis, in ipso virtute, non actu manentibus conflatur. Vt, lapis arbor. Ex eodem *ibidem*.

*Monstrum.*

*Monstrum*, est naturalis effectus à recta, & solita secundum speciem dispositione degenerans. Ex eod. 4. de generat. animal cap. 4. & 2. *Physic.* cap. 3.

*Moderatio.*

*Moderatio*, est virtus, quæ corporis motum, gestumque componit.

*Modestia.*

*Modestia*, est virtus, qua quis intra modum, & limites sui status, ingenii, & fortunæ, se continet suo modulo contentus. Ex *D. Thom.* 2. 2. *quest.* 143.

*Modus.*

*Modus*, una significatione, est entitas quævis determinans, aut contrahens. Vt, quantitas est substantiæ modus, rationale animalis.

*Modus* alia significatione, est determinatio rei finitæ, præfixa secundum mensuram ejus. Seu.

Est commensuratio rei ad sua principia.

*Modus* alio sensu, est aliquid rei creatæ entitati affigum, eam primò per se aliquatenus, ut ratio formalis efficiens

affici  
pote  
sio h

M

alio h

postp

habe

gnitu

veste

fessi,

M

came

Pri

cedit

Pri

auter

non t

prius

nimal

Pri

nem,

narra

Pri

antec

Pri

ctu eff

te, &

relata

Mo

licet,

Sim

mom

ignis,

Sim

neutr

Vt, pa



afficiens, ab eaque inseparabile, etiam sine quo res esse potest. Ut, figura rotunda modus est quantitatis, & sessio hominis, sedentis.

*Modi habendi dicuntur hi, quibus potest aliquid ab alio haberi, enumerantur autem ab Aristot. septem in postprædicamentis, & 7. Metaphysic. cap. 20. & 23. Scilicet, habere aliquid per modum qualitatis, ut scientiam, magnitudinis, ut cubitum, circumpositi, seu adjacentis, ut vestem partis, ut manum, contenti, ut vas aquam, possessi, ut lignum, denique habere uxorem.*

*Modi prioris, & posterioris, ab eodem in postprædicamentis quinque recensentur scilicet.*

*Prius tempore, quod aliud temporis duratione præcedit. Ut, Adamus, Abelem.*

*Prius natura dicitur, illud, quod infertur ab alio, non autem ipsum infert, seu (ut loquuntur à quo ad aliud non tenet subsistendi consequentia. Ut, animal natura prius est homine, quia bene infertur, est homo ergo animal, non autem, est animal, ergo homo.*

*Prius ordine dicitur, quod secundum naturæ ordinem, & dispositionem præcedit alterum. Ut, exordium narrationem.*

*Prius dignitate, quod alterum naturæ præcellentia antecedit. Ut, homo brutum.*

*Prius causalitate, dicitur omnis causa, ut causa respectu effectus, ut effectus. Ut, sol lumine, homo risibilitate, & tot modis dicitur posterius, quot prius, cum sint relata mutua.*

*Modi simul, tres ab Aristot. citat. esse dicuntur, scilicet,*

*Simul tempore dicuntur ea, quæ eodem temporis momento incipiunt vel eodem tempore vivunt. Ut, ignis, & ejus calor, Adamus, & Eva.*

*Simul natura dicuntur ea, quæ se mutuò inferunt, & neutrum est alterius causa qualia sunt relativa mutua. Ut, pater, filius, simile A, & simile B.*



Simul divisione dicuntur duæ differentia, quæ genus aliquod dividunt. Ut, rationale, & irrationale dividunt animal, in hominem, & brutum.

Modi per se, ex eodem in 2. posterior. cap. 10. sunt quatuor, duo dicendi, tertius essendi, quartus causandi per se.

Primus modus dicendi per se, est in quo prædicatum est de essentia subjecti. Ut, omnis homo est animal.

Secundus modus dicendi per se, est in quo subjectum est de essentia prædicati, id est, in quo proprietas de subjecto prædicatur. Ut, homo est admirativus.

Tertius modus essendi per se, proprius est substantiarum, quarum proprium est per se subsistere. Ut, homo est substantia, ergo homo per se subsistit, hæc consequentia est in tertio modo per se.

Quartus modus, est causandi per se, cum scilicet causa est per se confutans effectus. Ut, jugulatio mortis, itaque hæc, jugulatus est mortuus, est in quarto modo per se.

### Mollities animi.

Mollities animi, seu inconstantia est vitium, quo quis ob tardium difficultatis, aut alterius incommodi, facile propositum mutat, & cœptum opus relinquit. Ex D. Thom. 2. 2. quæst. 138. art. 1.

### Morbus.

Morbus, est intemperies, seu disproportion primarum quatuor qualitatuum in animali. Ut, febris. Ex Aristot. Problem. sect. 1.

### Morositas.

Morositas, est vitium, quo quis in omnibus se difficilem, discordem, & tetricum exhibet. Ex Arist. 1. magn. Moral. cap. 26.

Mores.



*Mores.*

*Mores*, sunt habitus boni, malive existentes in appetitu agente, cum ratione. *Ex eod. Moral. Eudem. cap. 4.*

*Mors.*

*Mors*, est separatio animæ à corpore, ob defectum caloris nativi. *Ex Arist. lib. de morte & vita.*

*Mors* naturalis, est discessus animæ à corpore, propter extinctionem nativi caloris, ex humidi primigenii consumptionem. *Ex eodem ibidem.*

*Mors* violenta, est separatio animæ à corpore, perempto calore naturali, à nimio frigore, humore, vel calore extrinseco. *Ex eodem ibidem.*

*Mos.*

*Mos*, est habitus in appetitu rationi subdito, inclinans, ad eas actiones, quæ à ratione proficiscuntur. *Ex eod. 1. magn. Moral. cap. 6.*

*Melancholia.*

Vide bilis atra.

*Motus.*

*Motus* latè, est actus entis in potentia, prout in potentia. *Arist. 3. Physic. text. 3. Seu.*

Est actus ejus, quod in potestate est, quatenus tale est. *Seu.*

Est actus mobilis, quatenus mobile est. *Idem text. 16. Seu.*

Est actus ejus quod agere, pati que potest, quatenus tale est. *Idem text. 22. Seu.*

Est via, & tendentia ad terminum. Vt, calefactio, ambulatio, illuminatio.

*Motus* proprie dictus, seu successivus, est qui versatur inter terminos positivè oppositos. Vt, calefactio.

E 3

inter

va ge-  
nale di-

nt qua-  
usandi

icatum  
animal,  
subje-  
prietas  
is.

ubstan-  
Ut, ho-  
ec con-

et cau-  
mortis,  
modo

vo quis  
di, faci-  
t. Ex D,

marum  
Aristot,

diffici-  
I. magn.

*Mores.*



inter frigus & calorem. Augmentatio, inter majorem, & minorem quantitatem. *Ex eodem ibidem.*

*Motus naturalis*, est qui fit à principio intrinseco rei, quæ movetur. Ut, descensus lapidis à gravitate. *Ex eod. 2. de cælo text. 28.*

*Motus violentus*, est qui fit à principio extrinseco, non concurrente; sed repugnantemobili. Ut, jactus lapidis sursum. *Ex eodem ibidem.*

### Mundus.

*Mundus Archetypus*, est idea rerum faciendarum, in mente divina existens.

*Mundus creatus*, est creaturarum omnium aggregatio, & coordinata multitudo.

*Mundus corporeus*, est compages ex cælo, & terra, & ex his naturis, quæ inter ea continentur coagmentata. *Ex Arist. de mundo, cap. 2.*

### Mutatio.

*Mutatio*, est transitus à termino à quo, ad terminum ad quem.

*Mutatio propria*, seu instantanea, est quæ versatur inter terminos contradictorie, vel privative oppositos. Ut, generatio, corruptio, illuminatio.

### Natura.

**N***atura*, interdum accipitur pro Deo, & dicitur natura naturans, quia author est totius naturæ creatæ. Interdum pro tota rerum creatarum universitate, & dicitur natura naturata. Interdum pro essentia rei, quatenus importat ordinem ad operationes. Pro causis naturalibus, sic dicitur, natura nihil facit frustra. Pro generatione, & nativitate viventium. Pro forma substantiali.



stantiali. Pro principio effectivo, vel passivo motus, & quietis, & sic definitur. *Ab Aristot. 2. Physic.*

*Natura*, est principium, & causa motus, & quietis ejus in quo, est per se, & non secundum accidens.

### Naturale.

*Naturale* prout opponitur supernaturali, est quod alicui rei secundum ejus naturam debetur. Ut, homini naturale est intelligere.

Ut opponitur voluntario, & libero, est quod fit sine voluntatis imperio, aut advertentia, sed sola sponte naturæ. Ut nutrire, dormire.

Ut opponitur fortuito, & casuali, est quod fit à causis naturalibus, Ut, descensus lapidis.

Ut opponitur violento, sic motus cœli est naturalis. Interdum accipitur pro corpore Physico, ex materia & forma composito.

### Nebula

*Nebula*, est pars nubis residua quæ in aquam pluviam solvi non potuit, aëremque terræ vicinum, cui insidet, obscuriorem reddit. *Ex Arist. 2. Meteor. & lib. de mundo.*

### Necessarium.

*Necessarium*, est quod aliter se habere non potest. Ut, hominem esse animal. *Ex Arist. 2. de Interpretatione.*

*Necessarium* absolutè, est quod à nullo pendet, & ad nullum dicit ordinem. Ut, Deus. *Ex eod. 6. Metaphysic. cap. 1.*

*Necessarium* ex hypothesi, est quod aliqua facta suppositione est necessarium. Ut, cibus homini posito quod velit vivere. *Ex eod. 12. Metaphys. cap. 2.*

*Necessarium* Physicè, est id sine quo, potentia in actu primo completa non est, nec agere ullo modo potest. Ut, calor respectu ignis ad calefaciendum. *Ex eodem 2. poster. cap. 11.*



*Necessarium* moraliter, est id sine quo, quamvis absolute fieri possit effectus: nunquam tamen, vel raro fit. Ut, pedibus laboranti necessarius est equus, ad peregrinandum.

*Necessarium* Logicum, est cui ex terminis repugnat non esse. Sic necessarium est hominem esse rationalem.

*Necessarium* Metaphysicum, est, quod non habet in se potentiam ad non esse. Ut, Deus.

*Necessarium* Physicum, est, quod ex causis naturalibus tale est. Ut, necessaria est Eclipsis. *Ex interpositione terra.*

### Necessitas.

*Necessitas* simplex seu absoluta, est qua res, nulla facta suppositione, ita necessaria est, ut mutari non possit. Sic Deum esse unum, necessitas est absoluta.

*Necessitas* antecedens, est qua oritur ex parte causae, & tollit omnem contingentiam. Ut, ignem esse calidum.

*Necessitas* consequentis, est qua praedicatum ita subiecto convenit, ut non possit non convenire. Ut, lapidem esse corpus, & dicitur consequentis, ut distinguitur necessitate consequentiae. *Ex D. Thom. de vera. quaest. 24. art. 8.*

*Necessitas* consequentiae, est qua vi formae syllogisticae necessario sequitur conclusio ex antecedente. Ut, omnis virtus est laudabilis, iustitia est virtus, ergo iustitia est laudabilis. *Ex eodem ibidem.*

*Necessitas* ex suppositione, seu subsequens, est qua oritur ex aliquo praesupposito, & haec nec libertatem, nec contingentiam tollit. Ut, liberum est homini loqui: posito tamen quod loquatur, necessaria est ejus loquutio, sic posito, quod Deus praevideat effectum futurum necessario, eveniet tamen simpliciter, & ex parte causae, contingenter, aut liberè fiet. *Ex eodem. 2. 2. quaest. 32. art. 5.*

Neces-



*Necessitas* disiunctionis, est quæ oritur ex suppositione determinata, per descensum disiunctivum explicanda. Ut, si necesse est aliquem hominem esse regem, necesse est Philippum esse Regem, vel Alexandrum esse Regem.

*Necessitas* disiunctorum, est quæ oritur ex suppositione confusa, per descensum disiunctum exponenda. Ut, quia aliquis oculus est ad videndum necessarius, dexter vel sinister est necessarius indeterminate.

*Necessitas* quoad specificationem, est quæ potentia circa suum objectum, unius tantum speciei actum, & non oppositum potest elicere. Ut, intellectus, circa verum clarè propositum actum assensus, voluntas circa bonum, actum amoris, non odii.

*Necessitas* exercitii, est quæ potentia circa suum objectum, unius speciei actum non potest non elicere. Ut, apertus oculus non potest non videre, & voluntas dum clarè visum non amare.

### Negatio.

*Negatio*, est alicujus carentia. Ut, non vivens. *Ex Arist.* 1. de interpretib. cap. 2.

*Negatio* neganter accepta, seu negans est negatio in tota vi negationis accepta, id est, prout præfixa signo, vel verbo, in enuntiatione, totum quod ipsam sequitur destruit, & ejus oppositum efficit. Ut, nullus homo est lapis, quoddam accidens non est qualitas. *Ex eodem ibidem.*

*Negatio* infinitanter accepta, seu infinitans, est negatio, quatenus addita voci simplici ejus tantum significationem negat, & omnia alia dicit. Ut, non homo, de formali negat naturam humanam, & de materiali dicit equum, leonem, chimeram, &c. *Ex eodem ibidem.*

### Negligentia.

*Negligentia*, est omissio actus intellectus voluntatem



ad operis executionem excitare debentis. *Ex D. Thom. 2.2. quæst 54. art. 1.*

*Negligentia* studiorum, est voluntaria omissio discendit illius, quod quis discere, vel scire tenetur. *Ex eodem ibidem.*

### Nervus.

*Nervus*, est pars corporis organici, sicca, frigida, rotunda, oblonga, à cerebro, vel medulla spinali orta, vehendo spiritui animali ordinata. *Ex Aristot. 2. de anim. cap. 35. & 2. de partib. anim. cap. 4.*

### Nix.

*Nix*, est aqua friabili densitate conglaciata. *Ex eodem de mundo, cap. 1.*

### Nomen.

*Nomen*, est vox significans ex instituto, sine tempore, finita, & recta, cujus nulla pars separatim significat, quæque adjuncto verbo, est, efficit orationem veram, vel falsam. *Ex Arist. 1. de Interpretatione, cap. 2.*

*Nomen infinitum*, est quod constat ex nomine simplici, & negatione infinitanter accepta. Ut, non lapis. *Ex eodem ibidem.*

*Nomen positivum*, est quod significat aliquid reale existens, vel potens existere in rerum natura, seu quod ponit aliquid in re. Ut, lapis virtus, &c. *Ex Summulistis.*

*Nomen negativum*, est quod aliquid tollit, aut sublatum indicat ex rerum natura. Ut, mors non vivens. *Ex eodem.*

*Nomen transcendens*, est quod de omnibus, & solis veris rebus dici potest, & sunt sex transcendentia, scilicet, ens, unum, verum bonum, aliquid, & res. Quæ sex de qualibet re enuntiarî possunt.

*Supertranscendens*, est quod non tantum de veris, sed

sed e  
intel

No  
gene

No  
homo

No  
ut, A

No  
rem f

ctus e

No  
actum

prædi

No  
plus a

Deus

No  
& cor

cond

singu

voe ibi

Nu  
cum f

Arist.

Nu  
ter se

Nu  
visibi

Nu  
indiv



sed etiam de imaginariis rebus asseritur. Ut, cum dico intelligibile, fingibile, &c.

*Nomen categoricum*, est quod in certo quodam entis genere continetur. Ut, substantia color.

*Nomen commune*, est quod pluribus attribuitur. Ut, homo virtus. *Ex iisdem.*

*Nomen singulare*, est quod de uno tantum dici potest. Ut, Alexander, Bucephalus. *Ex iisdem.*

*Nomen primæ intentionis*, est quod est impositum, a i rem significandum, prout per actum directum intellectus est cognita. Ut, homo virtus. *Ex eisdem.*

*Nomen secundæ intentionis*, est quod affigitur rei per actum reflexum intellectus cognita. Ut, genus, species, prædicatum, subjectum. *Ex eisdem.*

### Notius.

*Notius natura*, est id quod est simplicius, sincerius, plus actualitatis, minusque potentialitatis habens. Ut, Deus, Angelus. *Ex Simplic. in 2. posterior. cap. 3.*

*Notius nobis*, est quod est magis sensibile, materiale, & compositum, seu quod propter intellectus humani conditionem, nobis est magis cognoscibile. Ut, sunt singularia materialia, hic homo, hæc albedo. *Ex Averroë ibid.*

### Nubes.

*Nubes*, est vaporum copia in aëre medio, propter circumstantis frigus addensata, & in aquam resolubilis. *Ex Arist. 1. Meteor. & lib. de mundo.*

### Numerus.

*Numerus*, est multitudo unitatum, ab intellectu inter se coordinatarum. *Ex Aristot. 3. Physic. cap. 7.*

*Numerus par*, est multitudo unitatum inæqualia divisibilis. Ut, binarius. *Ex eodem ibidem.*

*Numerus impar*, est multitudo unitatum in æqualia indivisibilis. Ut, ternarius. *Ex eodem ibidem.*



**Numerus numerans**, seu à rebus abstractus, est ille quo intellectus utitur ad res numerandas. Ut, binarius, ternarius. *Ex Simpli. & alius Interpret. in 4. Physic.*

**Numerus numeratus**, seu rebus concretus, est multitudo rerum, quæ ab intellectu numerantur. Ut, binarius, vel ternarius hominum. *Ex iisdem ibidem.*

**Numerus numeratus**, vel est rerum discretarum, ut quaternarius lapidum, vel partium quantitatis continuæ, quæ fit per intellectus designationem. Ut, tempus. *Ab Aristot. 4. Physicorum cap. 3. dicitur numerus motus ex Ammon. in prædicam. & Interpretib. in 4. Physic.*

### Nutritio.

**Nutritio**, est actio vegetantis animæ, conversiva alimenti in viventis substantiam. Seu.

Est aggeneratio novæ partis viventis, ex alimento facta. *Ex Arist. 3. de generat. cap. 3. & 4.*

### Obedientia.

**Obedientia materialis**, est omne op<sup>o</sup> virtutis quo impletur præceptum, etsi non ea intentione expressim fiat. *Ex D. Thom. 2. 2. quæst. 104. art. 2.*

**Obedientia formalis**, est quæ ideo expressè aliquid facit, quia præceptum est. *Ex eodem ibidem. Seu.*

Est quæ voluntas prompta, & facilis redditur ad implenda superioris præcepta, quatenus præcepta sunt. *Ex eodem ibidem.*

### Objectum.

**Objectum**, est id circa quod versatur potentia, actus, aut habitus. Ut, lumen, & color visus objectum est. *Communus.*

**Objectum materiale**, est res ea, quæ primo cognosci-



tur à potentia, vel in quam percipiendam primo tendit.  
*Ut, tres mentis operationes in Logica. Communis.*

*Objectum formale, est id quod est ratio, ut objectum materiale cognoscatur. Ut, visibilitas ratio est, cur lumen, & color percipiantur à visu. Communis.*

*Objecti ratio formalis quæ, est ratio illa objecti, quæ à scientia directè consideratur, ideo solet semper exprimi per reduplicativam quatenus. Ut, naturalitas in Physica, dicitur enim corpus naturale, quatenus naturale, esse objectum Physicæ. Ex Cajetano Soncinato, & aliis.*

*Objecti ratio formalis quæ, vel per quam, est medium, seu motivum, propter quod objectum à potentia percipitur. Ut, habere naturam, est ratio formalis, per quam assentitur intellectus huic propositioni, cælum est mobile. Ex iisdem.*

*Objecti ratio formalis sub qua, est respectus, seu habitudo, quam objectum non sub ratione rei, sed sub ratione scibilis, dicit ad potentiam. Ut, abstractio à materia singulari, est ratio sub qua Physica, suum objectum percipit. Ex iisdem.*

*Objectum totale, seu adæquatum, est quod adæquatè terminat actum potentiæ, seu quod totum, & solum à potentia, vel habitu percipitur. Ut, corpus naturale, quatenus naturale, in Physica. Communis.*

*Objectum parziale, est pars aliqua totalis objecti, seu quod aliquem tantum actum potentiæ terminat. Ut, cælum in Physica. Communis.*

*Objectum principale, est nobilissima pars objecti totalis. Ut, in Logica demonstratio. Ex iisdem.*

*Objectum primarium, & per se, est in quod per se, & directè fertur potentia. Ut, ens reale in Metaphysica. Ex iisdem.*

*Objectum secundarium, & per accidens, est quod tantum ratione objecti primarii, vel quia ad illud condu-*

est ille  
narius,  
multi-  
bina-  
um, ut  
conti-  
empus.  
motus

iva ali-  
to fa-

vo im-  
ressim

id fa-

d in-  
sunt,

ctus,  
n est.

osci-  
tur



cit, vel quia ad illud habet ordinem, in scientia tractatur. Ut, negationes, privationes, & ens rationis in *Metaphysica*. *Ex eisdem*.

### Observantia.

*Observantia*, est virtus cultum deferens superioribus, & aliis personis excellentibus, quæ nos gubernant, vel gubernare sunt idoneæ. *Ex D. Thoma 2.2. quæst. 80. & quæst. 102.*

### Occasio.

*Occasio*, est tempus unicuique rei opportunum. *Enfrat. 1. Ethic.*

*Occasio*, est flos ipse temporis, rebus agendis conferens, tempus bonum quamdam ferens opem. *Psenippus de Platon. definit.*

### Odium.

*Odium*, est dissonantia, seu aversio vitalis appetitus ab objecto quod apprehenditur. Ut, malum. *Ex D. Tho. 1.2. quæst. 29. art. 1.*

### Odor.

*Odor*, est qualitas secunda in qua sicentia, calidumque dominantur, ab olfactu perceptibilis. *Ex Arist. 2. de anima. cap. 9. & lib. de sensu.*

### Officium.

*Officium*, est actio cuiusque proprias decorum, honestumque servans prout res, persona, locus, tempusque, postulant. *Ficin. Epist. lib. 7.*

### Olfactus.

*Olfactus*, est facultas animæ sentientis, quæ circa percipiendos odores occupatur. *Ex Arist. 2. de anima.*

Opera-



Operatio.

*Operatio*, est dependentia effectus ab agente.

*Operatio* mentis, est actio vitalis, & immanens intellectus rem aliquam cognoscentis. *Commun.*

Opinio.

*Opinio*, est assensus intellectus alicui propositioni, vel ex terminis, vel ex medio probabili, cum formidine partis oppositæ. *Ex Arist. 3. Ethic. cap. 2. & 1. post. cap. 26.*

Opposita.

*Opposita* contrariè, sunt duo entia positiva, quæ sub eodem genere maximè distant, seque ab eodem subiecto vicissim expellunt. Ut, calor, & frigus. *Ex Aristot. in predicam. cap. de opposit.*

*Opposita* privativè, sunt forma, & ejus privatio. Ut, visus, & cæcitas. *Ex eodem ibidem.*

*Opposita* relativè, sunt duo correlativa, seu relatum, ejusque correlatum. Ut, pater, & filius. *Ex eodem ibidem.*

*Opposita* contradictoriè, sunt quorum alterum est ens, alterum ejus negatio simpliciter. Ut, homo non homo. *Ex eodem ibidem.*

Oppositio.

*Oppositio*, est duorum extremorum, sive simplicium, sive compositorum repugnantia. Ut, albedinis, & nigredinis. *Ex Arist. ibid.*

*Oppositio* propositionum, est duarum enunciationū, eodem prædicato, subiectoq; constantium repugnantia. Ut, homo est animal, homo non est animal. *Ex Arist. 3. priorum.*

Opus.

*Opus*, est quod ita fit per actionem, ut maneat ea cessante. Ut, domus.

Oratio.

tracta-  
Meta-

eriori-  
nant,  
.80. &

n. Eu.

onfe-  
sppus

etitus  
Tho.

ngve  
e ani-

one-  
qve,

per-

TA-



## Oratio.

*Oratio*, est vox significans ex instituto, cujus partes separatim significant. Ut, omnis homo est animal. Ex *Aristot. 1. de Interpretat. cap. 3*

*Oratio perfecta*, est quæ sensum perfectum reddit. Ut, homo est animal. Ex eodem *ibidem*.

*Oratio imperfecta*, est quæ sensum imperfectum reddit, suspensumque tenet animum. Ut, liber Petri. Ex eodem *ibidem*.

*Oratio ut species quantitatis*, est vocalis prolatio dictionum, secundum syllabas longas, & breves. Ex eodem *in prædicam. cap. de quantitate*.

*Oratio ut species religionis*, est desiderii coram Deo explicatio, ut aliquid ab ipso impetremus, seu

Est boni cujusdam petitio, quæ à piis ad Deum effunditur. Ex *D. Thom. 2. 2. quæst. 83. art. 3.*

## Ordo.

*Ordo* est partium, dispariumque rerum sua cuique loca tribuens dispositio. Ex *D. Augustino*.

## Organum.

*Organum*, est pars corporis animati, certæ functioni vitali obeunda, à natura instituta. Ut, manus. Ex *Arist. 1. de generat. animal. cap. 1. & 1. de partib. animal. cap. 1*

## Parabola.

**P***arabola*, est rerum diversarum, sub aliquo proportionaliter simili, facta collatio, in qua pluribus conferuntur, quæ ad invicem habent proportionis aliquam similitudinem. *Albertus Magnus in topicis.*

Para-



*Paralogismus.*

Vide Syllogismus.

*Parelia.*

*Parelia*, dicuntur cum sol in nubem extrema sui parte diaphanam intima terminatam, austrum, vel Aquilonem versus, sitam, imaginem suam imprimit, quæ ad nos reflexa, plures nobis soles exhibet. Ex *Arist. 3. Meteor. cap. 5. & Problem. sectio 15.*

*Pars.*

*Pars*, est id, quod ad alicujus totius constitutionem, cum alio aliisve concurrat. Ut, brachium. Ex eodem 5. *Metaphys. cap. 26.*

*Pars essentialis*, est ex qua, cum alia concurrente totum essentialiter coalescit. Ut, corpus, & anima, sunt partes Physicæ hominis, animal, & rationale, *Metaphysicæ. Ex eodem ibidem.*

*Pars integrans*, est quæ ad totius quanti integritatem pertinet. Ut, caput. Ex *D. Thom. 2. 2. quest. 78.*

*Pars homogenea*, est quæ est ejusdem rationis, & appellationis cum toto. Ut, quælibet pars aquæ.

*Pars heterogenea*, est quæ à toto diversam rationem, & appellationem habet, Ut, brachium in corpore humano.

*Pars potentialis*, seu subjectiva, est quæ in toto universalis non actu, sed potestate tantum, continetur. Ut, homo, & equus in animali. Ex *D. Thom. 2. 2. quest. 78.*

*Particulare.*

*Particulare*, est quod subest, aut subjicitur universali. Ut, homo respectu animalis. Ex *Interpret. in Porphyr.*

*Passio.*

*Passio* latè, est cujuscumque rei receptio. Ut, honoris,

s partes  
al. Ex

reddit.

um red-  
tri. Ex

atio di-  
e eodem

m Deo

um ef-

velo-

ctioni  
Arist.

p. 1

opor-  
con-  
quam

Para-



ris, pecuniarum, &c. *Ex Aristot. in prædicam. cap. 7. & Interpretib.*

*Passio* strictè, est receptio, qualitatis destructivæ. Ut, nimii caloris. *Ex eisdem.*

*Passio*, ut prædicamentum, est actus patientis, quæ patiens est. *Seu.*

Est receptio effectus ab agente. *Seu.*

Est fieri rei. Ut, receptio formæ ignis, in materia ligni, caloris in manu. *Ex eisdem.*

*Passio* appetitus, est motus appetitus sensitivi, ex apprehensione boni, vel mali, cum aliqua mutatione non naturali corporis. Ut, amor, odium. *Ex D. Thom. de verit. quæst. 26. art. 3. & 1.2. quæst. 22. art. 1.*

*Passio*, tertia species qualitatis, est qualitas ex motu orta, sensum movens, & leviter transiens. Ut, rubor ex verecundia. *Ex Arist. 5. Metaphys. cap. 14.*

*Patibilis* qualitas, est qualitas quæ oritur ex motu, sensum immutat, & diu permanet. Ut, nigredo ex sole contracta. *Ex eodem ibidem.*

### Patientia.

*Patientia*, est virtus quæ firmat animum adversus timores, & dolores mortis, & morborum mortem inferentium. *Ex D. Thom. 2.2. quæst. 128. & quæst. 136. Seu.*

Est virtus, quæ in majoribus malis animum confirmat, moderando mœrores qui ex illis percipi solent, ne propter illos à præscripto rationis recedat. *Ex eodem ibidem.*

*Patientia*, est honestatis, aut utilitatis causa rerum arduarum, ac difficilium voluntaria, ac diuturna permissio. *D. August. ex Tullio.*

### Peccatum.

*Peccatum*, est defectus à recta ratione, seu regula, secundum quam fieri debet. Ut, homo biceps peccatum est naturæ. *Ex D. Thom. 1. quæst. 62. art. 1.*

*Perfe-*



*Perfectio.*

*Perfectio*, est qualitas, vel aliquid per modum qualita-  
tis ad rei essentiam, integritatem, vel ornatum perti-  
nens. Ut, scientia virtus. Ex *Arist. 3. Metaphys. cap. 16.*

*Perfectum.*

*Perfectum*, est cui nihil deest eorum, quæ ipsius natu-  
ra postulat. Ut, homo suis omnibus partibus constans.  
Ex *Arist. 2. de cælo, cap. 4.*

*Perjurium.*

*Perjurium*, est iuramentum, cui deest veritas. Ex *D. Thom. 2. 2. quæst. 98.*

*Perseverantia.*

*Perseverantia*, est virtus, qua quis in ratione bene  
considerata, stabiliter ad finem usque operis persistit.  
Ex eodem *ibidem. quæst. 128.*

*Persona.*

*Persona*, est rationalis naturæ individua substantia.  
*Boëtius in lib. de duab. naturis.*

*Perspectiva.*

*Perspectiva*, est scientia, quæ circa lineam, ut visui sub-  
iacet, contemplandam, occupatur. Ex *Simplic. in 2. Phy-  
sic. Et Alberto Magn. in 3. Physic.*

*Perspicuum.*

*Perspicuum*, est quod est per se visibile, non simplici-  
ter quidem, sed secundum colorem. Ex *Arist. 2. de a-  
nima.*

*Pertinacia.*

*Pertinacia*, est vitium, quo quis in proposito sen-  
tiendi,



tiendi, vel agendi quando non oportet, vel plusquam oportet, contra rationis præscriptum persistit. *Ex D. Thom. 2. 2. quest. 138. art. 2.*

### *Petitio principii.*

*Petitio principii*, dicitur cum quis conclusionem probat per aliquod synonymum, sive idem per seipsum. Ut, si probes, gladium secare, quia ensis secat. *Ex Arist. in Elenchis.*

### *Phantasia.*

*Phantasia*, est sensus internus, perceptivus objectorum etiam absentium, sensu externo prius perceptorum. *Ex Arist. 2. de anim.*

### *Phantasma.*

*Phantasma*, est species ob ecti sensu externo percepti, quæ in phantasia retinetur. *Ex eodem ibidem.*

### *Philosophia.*

*Philosophia*, est rerum divinarum, atque humanarum, causarumque, quibus continentur, cognitio. *Ammon. in Porphyrium.*

### *Phlegma.*

*Phlegma*, est humor unus ex primis, frigidus, & humidus.

### *Physica.*

*Physica*, est scientia, quæ corpus naturale, quæ naturale est, contemplatur.

### *Pietas.*

*Pietas*, propriè sumpta, est virtus, per quam sanguine junctis, patriæque benevolis officium, & diligens cultus tribuitur. *Albertus Magnus 5. Ethic. tract. 3. cap. 3.*

### *Pituita. Vide Phlegma, seu*

*Pituita*, est elementi utilis excrementum. *Arist. 8. de generatio. anim. cap. 18.*

Poss.



*Possibile.*

*Possibile*, est quod non repugnat esse, seu quod non implicat contradictionem.

*Potentia.*

*Potentia* activa, est virtus agendi, seu efficiendi, & producendi aliud. Ut, potentia visiva calefactiva. *Arist.* 5. *Metaphys.* cap. 12.

*Precipitatio.*

*Precipitatio*, est quæ nec de mediis, nec de modo exequendi cogitando, negotium incipit. *Ex D. Thom.* 2. 2. *quest.* 8. *art.* 6. & *quest.* 53. *art.* 3.

*Prædicabile.*

*Prædicabile*, est quod potest de multis universaliter, & affirmativè dici. Ut, animal de homine, & bruto. *Ex Arist.* 1. *de Interpret.* cap. 5. *Porphyr.* in *Isago*, & *alio.*

*Prædicabilitas.*

*Prædicabilitas*, est aptitudo unius. Ut, de multis dicitur. *Ex iisdem.*

*Prædicamentum.*

*Prædicamentum*, est alicujus summi generis, & eorum quæ sub ipso continentur naturalis dispositio. *Ex Interpret.* in *prædicam.* *Seu.*

Est ordo, & series prædicatorum essentialium, à summo genere usque ad individua. Ut, substantia, quantitas. *Ex iisdem.*

*Prædicatio.*

*Prædicatio*, est actus intellectus, unum alteri attribuentis. Ut, cum dico, coelum est mobile. *Ex iisdem.*

*Prædicatio* naturalis, est quæ intellectus attribuit rei, quod

sqvam  
Ex D.

ionem  
apsum.  
Arist.

jecto-  
cepto-

perce-

narum,  
mam om

& ha-

natu-

gvine  
s cul-

st. 8. de

Possi-



quod ei convenit. Ut, animal est sensitivum. *Ex Averroë in 1. Metaph. & Amm. in predicament.*

*Prædicatio directa ordinata, & artificiosa, est quæ superius de inferiori, aut id quod se habet per modum formæ, de eo quod se habet per modum materiæ dicitur. Ut, homo est animal, nix est alba. Ex iisdem.*

*Prædicatio identica, est in qua idem de seipso, & eodem modo enuntiatur. Ut, Petrus est Petrus. Ex Cajetano in predicament.*

*Prædicatio indirecta, seu contra naturam, seu inordinata, est in qua inferius de superiore, vel id quod se habet per modum materiæ, de eo quod se habet per modum formæ dicitur. Ut, animal est homo, album est nix. Ex eodem.*

*Prædicatio præter naturam, est in qua prædicatum nec est superius, nec forma subjecti, sed utrumque est forma alicujus tertii, propter quod ipsa de se invicem dicuntur. Ut, album est dulce, dulce est album respectu lactis, in quo sunt dulcedo, & albedo. Ex eodem, & aliis.*

*Prædicatio essentialis, est in qua, totum prædicatum est de essentia subjecti. Ut, animal est vivens sensitivum. Ex Summul.*

*Prædicatio essentialis, est in qua, totum prædicatum totum, vel ejus pars non est de essentia subjecti. Ut, ignis est elementum calidum. Ex iisdem.*

*Prædicatio propria, est in qua tam verbum, quam prædicatum in sua propria significatione sumuntur. Ut, calor est qualitas. Ex iisdem.*

*Prædicatio impropria, est in qua verbum, vel prædicatum in significatione impropria sumitur. Ut, prata rident. Ex iisdem.*

*Prædicatio causalis, est in qua prædicatur causa de effectu, vel effectus de causa. Ut, dies est præsentia solis, ubi præsentia solis, de die suo effectu prædicatur. Logica est instrumentum sciendi, ubi instrumentum sciendi de Logica sua causa dicitur. Ex eodem.*

Prædi-



*Prædicatio comitativa, est in qua quod prædicatur, subjectum necessario, & semper comitatur. Ut, generatio unius est corruptio alterius. Ex eisdem.*

*Prædicatio intrinseca, est in qua prædicatum subjecto realiter inest, sive essentialiter, sive accidentaliter. Ut, homo est animal, homo est Philosophus. Ex eisdem.*

*Prædicatio extrinseca, est in qua prædicatum subjecto non inest, sed ei tantum convenit per extrinsecam denominationem. Ut, paries est visus, animal est genus. Ex eisdem.*

*Prædicari in quid, est enuntiari de alio essentialiter, & per modum subsistentis. Ut, animal, & homo de Socrate, virtus de justitia. Ex Porphyrio in Isagoge, cap. de genere & specie.*

*Prædicari in quale quid, est enuntiari de alio essentialiter quidem, sed per modum adjacentis. Ut, rationale de homine. Ex eodem cap. de different.*

*Prædicari in quale simpliciter, est enuntiari de aliquo accidentaliter tantum. Ut, risibile, & album de homine. Ex eodem cap. de proprio & accid.*

*Prædicatio universalis, est in qua superius de inferiori dicitur. Ut, ignis est substantia.*

### *Prædicatum.*

*Prædicatum, est quod actu de alio enuntiatur. Ut, Petrus est homo. Ex Arist. passim.*

### *Premissa.*

*Premissa, sunt propositiones duæ, ex quibus in syllogismo dispositis inferitur conclusio. Communis.*

### *Prænotio, seu Præcognitio, & Præcognitum.*

*Prænotio, est cognitio aliam præcedens, cum relatione prioris ad posteriorem. Ut, cognitio antecedentis, quæ*

Averroë

t qua su-  
modum  
erix di-  
m.o, & eo-  
Ex Caje.inordi-  
d se ha-  
per mo-  
est nix.um nec  
t forma  
dicun-  
u lactis,icatum  
sensiti-icatum  
Ut, i-m præ-  
Ut, ca-z dica-  
rata ri-de ef-  
a solis,  
Logi-  
scien.

Prædi-



quæ habetur ante notionem conclusionis. *Ex Aristot. l. prior. cap. 1.*

*Prænotio* quid nominis, seu quid orationis, est præcognitio quæ quid significet vocabulum percipitur. Ut, Philosophia significat amorem sapientiæ. *Ex eodem ibidem.*

*Prænotio* an sit, vel quod rei, est quæ an res existat, vel possit existere dignoscitur. Ut, dum cognosco, & possibilem esse, & actu existere Philosophiam. *Ex eodem ibidem.*

*Prænotio* quid rei, est quæ penetratur rei quidditas, explicata nimirum ejus definitione. Ut, Philosophiam esse mortis commentationem. *Ex eodem ibidem.*

*Prænotio* quid sit principiorum, est quæ cognoscuntur veræ esse demonstrationis præmissæ. *Ex eodem ibidem.*

*Præcognitum*, est quod ante aliud, cum relatione tamen ad illud cognoscitur. Ut, subjectum, passio, & præmissæ, sunt præcognita respectu conclusionis demonstrativæ. *Ex eodem ibidem.*

### *Præsumptio.*

*Præsumptio*, seu præfidentia, est nimia virium suarum confidentia, quo fit, ut quis aggrediatur aliquid, vel paratus sit aggredi, quod est supra illius vires. *Ex D. Thom. 2. 2. quæst. 130. art. 7. & quæst. 133. art. 1.*

### *Præteritum.*

*Præteritum*, & futurum, è quibus constat tempus, nihil aliud sunt, quàm series prioris, & posterioris in motu, quæ momentis definiuntur, & tanquam aliud, & aliud numerantur. *Themist. in 4. Physic. text. 101.*

### *Practica.*

*Practica* cognitio, est quæ versatur circa ea, quæ possunt aliter, & aliter se habere, per rectam rationem dirigentem.



dirigenda, sive facienda. Ut, Logica, & Ethica. *Commun.*  
Ex *Arist. 1. Metaphys.*

*Praxis.*

*Praxis*, est actio humana; seu rationalis, quatenus di-  
rigitur, vel est dirigibilis, per rectam rationem. Ut, di-  
stributio pecuniae. *Comm.*

*Primum.*

*Primum*, & prius, differunt, quia primum dicitur per  
privationem anterioris, prius autem per comparatio-  
nem ad posterius. *Albertus Magnus in posteriorum.*

*Principium.*

*Principium*, est id unde res est, aut fit, aut cognosci-  
tur. Ut, materia, efficiens. *Arist. 1. Metaphys. cap. 1.*

*Principia* generationis, sunt quæ neque ex aliis, ne-  
que ex se invicem, sed ex quibus omnia fiunt; sunt au-  
tem materia, forma, & privatio. *Ex eodem 1. Physic. cap. 5.*

*Principia* compositionis, seu rei genitæ, sunt ea, ex  
quibus permanentibus, constituitur corpus naturale,  
& sunt materia, & forma. *Ex eodem ibidem. cap. 7.*

*Principia* Metaphysica, sunt ea, ex quibus res com-  
poni metaphysicè, & per rationem intelligitur. Ut, ani-  
mal, & rationale respectu hominis. *Communis.*

*Principia* incomplexa, sunt principia simplicia, unde  
aliquid, aut est, aut fit, aut cognoscitur. Ut, homo, est  
principium, unde est risibile, & fumus, unde cognosci-  
tur ignis. *Ex Arist. 1. poster. cap. 3. Et Interpretibus ibidem.*

*Principia* complexa, sunt generales quædam propo-  
sitiones indemonstrabiles, quibus nituntur conclu-  
siones. Ut, impossibile est, idem simul esse, & non esse.  
*Ex eodem ibidem.*

*Principia* in habitu, sunt ea, quibus regulantur syllo-  
gismi,



gismi, ipsos tamen syllogismos non ingrediuntur. Ut, sunt dici de omni, dici de nullo.

*Principia* in actu, dicuntur ea, ex quibus in syllogismo dispositis, educitur conclusio, suntque ipsæ præmissæ.

### *Privatio.*

*Privatio*, est negatio formæ in subjecto apto illam habere. *Arist. s. Metaphys. cap. 22.*

### *Problema.*

*Problema*, est enuntiatio, quæ in utramque partem sustineri potest. Ut, cælum esse corruptibile. Ex *Arist. 3. topic. cap. 3. Et Alexand. Aphrod. ibidem cap. 12.*

### *Prodigalitas.*

*Prodigalitas*, est profusio pecuniarum, vel quibus non oportet, vel aliter, quam oporteat. Ex *Arist. 4. & Ethic. cap. 1. & D. Thom. 1. 2. quæst. 22. & art. 1. & 2. 2. quæst. 119. art. 1.*

### *Productio.*

*Productio*, est actio, per quam aliquid efficitur. Ut, calefactio.

### *Propositio.*

*Propositio*, idem est quod enuntiatio, nisi quod propositio, dicitur in ordine ad argumentationem, seu quatenus est in argumentatione disposita, & definitur.

*Propositio*, est enuntiatio, in argumentatione disposita, ad colligendam conclusionem. Interdum etiam sumitur pro maiore syllogismi.

*Propositio* prima; seu immediata, & indemonstrabilis, est quæ non habet medium, per quod probetur à priori. Ut, omnis homo est animal. Ex *Arist. 1. poster. c. 3. Et D. Thom. ibidem lectione 4. Alberto, & alii.*



*Propositio* irmediata, actu, est quæ re ipsa, per priorem aliquam, tanquam per medium probari non potest. Ut, homo est animal rationale. *Ex eisdem ibidem.*

*Propositio* immediata virtute, est quæ medium quidem habet, per quod probetur; assumitur tamen à disputante, qui iam eam probavit; tanquam immediata. Ut, si quis probaverit, hominem esse admirativum, per rationale, tunc sumat hanc. Omnis homo est admirativus: tanquam immediatam, ad probandum hominem esse risibilem. *Ex iisdem ibidem.*

*Propositio* per se nota, est cui ex sola terminorum penetratione assentitur intellectus. Ut, omne totum est majus sua parte. *Ex D. Thom. 1. quest. 2. art. 3. & in 1. distinct. 3. quest. 1. & 1. contra gentes, cap. 15.*

*Propositio* per se nota, secundum se, dicitur ea, quæ à parte rei nullum habet medium, à quo ejus veritas dependeat, à nobis tamen demonstrari potest, dum in eadem re concipimus aliquid per modum causæ, & medietatis propositionis, cum fundamento rei. Ut, Deus est æternus; hæc enim quamvis à parte rei, non habeat medium, quo probetur; tamen eam probamus, quia est immutabilis. *Ex eodem ibidem.*

*Propositio* per se nota, secundum se, & quoad nos, est quæ medio vacat, in essendo, & cognoscendo, habetque terminos perfecte ab intellectu humano cognoscibiles. Ut, omnis homo est rationalis. *Ex eodem ibidem.*

*Propositio* de omni prioristico, est cujus subjectum universaliter accipitur non attendendo, an ipsa vera, vel falsa sit. Ut, omne C. est B. atque ita dicitur, quia de illa agit Arist. in libris priorum, ubi tradit formas syllogismorum, & exemplo dat in elementis Alphabeticis.

*Propositio* de omni posterioristico, est cujus subjectum ita universaliter accipitur. Ut, verè de eo enuntietur



prædicatum. Ut, omnis quantitas est accidens, sic autem dicitur, quia de illa tractat Philosophus in libris posteriorum ubi de syllogismi maxime demonstrativi materia disserit.

*Propositio*, de prædicato universalis; seu secundum quod ipsum, est ea, cuius prædicatum cum subiecto recipitur, & conversim dicitur, id est, nec latius, nec minus late patet. Ut, omnis homo est rationalis. *Ex Arist. 1. poster. cap. 4. & 5. D. Thom. & alius Interpretibus ibidem.*

### Proportio.

*Proportio*, secundum primam nominis impositionem, significat habitudinem quantitatis ad quantitatem, secundum determinatum excessum, vel adæquationem; sed transfertur ad significandum habitudinem quorumcumque, sicut materiam ad formam, potentiam ad actum, objecti ad potentiam finiti, ad infinitum, & creaturam, ad creatorem. *Ex D. Thom. 1. quest. 12. art. 1. 3. dist. 1. quest. 1. art. 1. 4. dist. 49. quest. 2. art. 1.*

*Proportio*, Arithmetica, est quæ consistit in æqualitate numerorum, secundum excessum, & defectum. Ut, sex æqualiter superant tria, & superantur à novem. *Seu.*

Est in qua servatur exacta numerorum ratio, & medium rei. Ut, si tibi dedi mutuo decem, totidem mihi debes reddere. *Ex Arist. 5. Ethic. cap. 3. & 4. Moral. Eudem cap. 1. Et D. Thom. 2. 2. quest. 61. art. 1.*

*Proportio* Geometrica, est quæ consistit, in æqualitate proportionum. Ut, sicut se habent octo ad quatuor, sic duodecim, ad sex. *Seu.*

Est in qua habetur ratio proportionum, inter rem distribuendam, & personas, quibus fit distributio, verbi gratia, si in herarii publ. distributione, qui habet dignitatem, ut duo accipit quatuor nummos, qui habebit dignitatem. Ut, quatuor, accipiet octo. *Ex iisdem ibidem.*

Pro-



**Proprium.**

*Proprium*, est quod est alicui peculiare, & quasi appropriatum, ut homini risibile. *Ex Arist. 1. topic. cap. 4.*

*Proprium* primo modo, est quod convenit soli, non toti, id est, quod convenit alicui speciei, soli, non tamen omnibus eius individuis. Ut, homini esse Medicum, Geometram. *Porphyrus in Isagoge cap. de proprio.*

*Proprium* secundo modo, est quod convenit toti, non soli, id est, quod inest omnibus alicujus speciei individuis, non tamen solis. Ut, esse bipedem, omnibus; sed non solis hominibus. *Idem ibidem.*

*Proprium* tertio modo, est quod convenit soli, & toti, non tamen semper. Ut, homini in senectute canescere. *Idem ibidem.*

*Proprium* quarto modo, est quod convenit toti, soli, & semper, ut homini esse admirativum. *Idem ibidem.*  
Seu.

Est quod fluit ab essentia rei, & cum ea reciprocatur. *Ex Arist. 1. topic. cap. 4.*

**Prudentia.**

*Prudentia*, est habitus, cum recta ratione activus, circa ea, quæ homini bona sunt, vel mala. *Ex Arist. 6. Ethic. cap. 5.* Seu.

*Prudentia*, est virtus intellectus, quæ in quovis negotio occurrente, novimus, quid honestum sit, quid turpe. *Ex eodem ibidem. D. August. lib. 1. de lib. arbitrio cap. 13. & lib. 83. quest. 30. Et D. Thom. 2. 2. quest. 47. art. 2.*

**Punctum.**

*Punctum*, est indivisibile quantitatis, omni prorsus dimensione carens. *Ex Arist. 5. Physic. & Commentatorib. ibidem.*

**Pudicitia.**

*Pudicitia*, est virtus cohibens voluptates eas, quæ

E 3

repe

Pro-



reperiuntur in venereorum signis. Ex D. Thom. 2. 2. quæst. 143. & quæst. 151.

### Pulchritudo.

*Pulchritudo* latè, est splendor quidam humanum ad se rapiens animum. *Ficin. in Platon. convivium. Seu.*

Est gratia quædam, quæ ut plurimum, in concinnitate plurium maxime nascitur. *Idem ibidem.*

*Pulchritudo* spiritualis, est quædam gratia, cum bonitate conjuncta, & spiritualibus tantum animi nostri facultatibus exposita. *Idem ibidem.*

*Pulchritudo* universi, est partium totius mundi concinna inter se colligatio, & dispositio.

*Pulchritudo* animalis, est apta membrorum corporis omnium, cum suavi colorum admixtione juncta compositio.

### Puſillanimitas.

*Puſillanimitas*, est vitium, per quod fit, ut neque fortunam, nec infortunium, neque nomen, nec ignominiam ferre possit. Ex *Arist. de virtutib. & vitiis. Seu.*

*Puſillanimitas*, est vitium, quo quis omnia nimis magna, & suam vim, dignitatemque excedentia judicat. Ex eodem *ibidem. & 4. Ethic. cap. 3. & D. Thom. 2. 2. quæst. 133. art. 2.*

### Quæstio.

*Quæstio*, est in controversiam, seu ambiguitatem adducta enuntiatio. Ut, cœlum sitne rotundum. Ex *Alexandro Aphrad. & Boetio in topica.*

*Qualis*



## Qualitas.

Qualitas latè, est quidquid substantiam, quoquo modo perficit, ac determinat, & sic quilibet modus, ut unio: quodlibet accidens, ut paternitas, dici potest qualitas. Ex Arist. 5. Metaphys. cap. 14.

Qualitas substantialis, est forma substantialis; seu Physica; seu Metaphysica, materiam, vel genus contrahens, & determinans. Ut, anima, rationalitas. Ex eodem 4. Metaphys. cap. 5. & Platone in Timeo.

Qualitas propriè dicta, est secundum quam, aliquid denominatur quale. Ex Arist. in predicam. cap. de qualitat. Seu.

Est accidens absolutum, per se, primo ordinatum, ad ornandam intrinsecè substantiam, ut convenienter affecta sit, in suo esse, vel virtute agendi. Ut, intellectus, scientia, calor. Ex Arist. citato. D. Thom. 5. Metaphys. text. 9. & aliis passim.

## Quando.

Quando prædicamentum, est quod ex adjacentia temporis relinquitur. Ex D. Thom. Opuscul. 48. Seu.

Est accidens, secundum quod res dicitur commensurari temporis præterito, præsentis, vel futuro. Ex Arist. in predicam. & 9. Metaph. Gilberto de sex principiis, & aliis.

## Quantitas.

Quantitas virtutis, est perfectio qualibet, seu substantialis, seu accidentalis, à qua subjectum quantum dicitur. Ut, Philosophia. Ex D. August. 6. de Trinitat. cap. 8. Et D. Thom. 1. part. quest. 42. art. 1.

Quantitas molis, est accidens, per se extensum, extendensque substantiam impenetrabiliter, in ordine ad locum. Ex Scoto in 4. dist. 10. quest. 1. art. 2. & 5. Metaphys. quest. 9. Durando in 1. distinct. 4. quest. 1. & aliis.



*Quantitas* continua, est cujus partes communi termino copulantur, Ut, linea. Ex Arist. in predicam. cap. de quantitat.

*Quantitas* discreta, est cujus partes inter se nullo naturali nexu uniuntur, Ut, numerus ternarius. Ex eodem ibidem.

*Quantitas* permanens, est cujus partes possunt simul tempore omnes consistere. Ut, linea. Ex eodem ibidem.

*Quantitas* successiva, est cujus partes nunquam sunt simul, sed continuo fluenter sibi invicem succedunt, Ut, tempus & motus.

### Quantum.

*Quantum*, est divisibile, in ea quæ insunt, quorum utrumque, aut singulum unum quid, & hoc aliquid aptum est esse. Arist. 5. Metaphys. cap. 13.

*Quantum* per se, est quod per se extensionem habet. Ut, linea, superficies.

*Quantum* per accidens, est quod ab alio extenditur. Ut, materia.

### Quidditas.

Vide Essentia.

### Quies.

*Quies*, est immobilitas, illi cui inest motus. Ex Arist. 3. Physic. cap. 5. Seu.

Est privatio motus. Idem 8. Physic. cap. 3.

*Quies* naturalis, est consistentia, rei, in proprio loco, seu termino. Ut, lapis in centro quiescit. Ex eodem ibidem, & 2. Physic. ac Interpretib.

*Quies* violenta, est detentio rei, ab aliquo extrinseco, extra locum naturalem. Ut, dum lapis, in aëre fune suspensus detinetur. Ex eodem.

### Quiesce-



*Quiescere* dicitur, id quod similiter se habet, & ipsam, & partes, nunc, & prius. *Aristot. 6. Phys.*

*Quinta-essentia.*

*Quinta-essentia*, dici solet coelum, quia nec est elementum nec constat elementis, dicitur porro quinta-essentia peripateticorum, quia coelorum naturam Aristoteles clarius explicuit, quam antiquiores Philosophi.

*Radius.*

**R***adius*, est participatio, vel affectus lucis, secundum rectam lineam, in Diaphano. *Ex D. Thom. in 2. de anim. lect. 14. Seu,*

*Radius*, est lumen prout à corpore lucido, per lineam rectam diffunditur. *Ex Alberto in 2. de anim. tract. 3. o. 10.*

*Radius reflexus*, est qui à corpore luminoso in oppositum eum inquit, eademque in se reciproca conversione redit. *Ex eisdem.*

*Radius fractus*, est qui per medium rarum transiens, in densum sese colligit. Ut, cum aëre defiliens aquam traiecit. *Ex eisdem.*

*Radius refractus*, est qui per medium densum transiens, in rarius diffunditur. Ut, cum ex nube in aërem. *Ex eisdem.*

*Raritas.*

*Raritas*, est qualitas, secundum quam res dicitur habere parum materiae, sub magna extensione. *Ex D. Tho. I. de generat. & corrupt. sect. 14 & 3. part. quæst. 78. art. 2.*

*Rarefactio.*

*Rarefactio*, est motus ad raritatem. Ut, dum aqua calefit rarefit. *Ex eodem ibidem.*

F 5

Rarum

iter-  
ap. de  
o na-  
odem  
simul  
idem.  
sunt  
dunt.  
orum  
vid a-  
abet.  
ditur.  
Arist.  
loco,  
nibi-  
seco,  
e su-  
sce-





*Rarum.*

*Rarum*, est quod sub magnis dimensionibus, parum obinet materia. Ut, spongia. *Arist. 4. Physic. cap. 9.*

*Rarum*, est cujus partes ita dissident, ut inter ipsas alieni generis corpus admitti possit. *Boët. & Amman. in predicam.*

*Ratio.*

*Ratio*, interdum idem est quod intellectus, ut 7. *Polit. cap. 15.* ratio autem, & mens nobis à natura finis, & sic dividitur in speculativam, & practicam. *Eodem lib. cap. 14.* est enim ratio alia activa, alia contemplativa. Interdum pro actione intellectus, maxime discursiva 31. *magnor. Moral. cap. 1.* cuncta siquidem scientia, cum ratione, atque ratio in sola animæ parte gignitur, quæ cogitamus, & ratiocinamur. 1. *Eodem. Moral. cap. 1.* ratione contendere, cum his qui non rationem; sed multam merentur, absurdum est. Interdum pro rei definitione *in predicam. cap. 2.* univoca sunt ea, quorum est idem nomen, ratio verò substantiæ nomini accommodata omnino eadem interdum pro causa finali. 1. *de partibus animal. cap. 1.* principatum sanè illa obtinere meretur, quam sub hoc verbo, cujus gratia, significamus, hæc enim ratio est: ratio autem principium est, pariter in rebus tam arte, quam natura constituendis: interdum pro causa quacumque 2. *Physic. cap. 2.* Ratio, est eorum, vel quæ semper fiunt, vel frequenter, fortuna est in iis, quæ fiunt præter hoc. Interdum etiam pro causa formali, pro rei essentia; seu pro eo, quod intellectus in re concipit, pro modo; seu methodo tractandi, & pro supputatione, quorum afferendis exemplis, tum quia sunt tria loquutiones, tum brevitas causa, supersedeo.

*Ratio-*



Rationale.

*Rationale*, dicitur dupliciter, scilicet omne intellectuale, & cognoscens, cum discursu; primum convenit Deo, & Angelis, non autem secundum, sed est differentia animalis. *Ex D. Thom. 2. 2. quæst. 83. art. 10. 1. dist. 15. quæst. 1. art. 1.*

*Rationale materialiter*, est quod habet in se principium ratiocinandi, ut homo.

*Rationale formaliter*, est principium ratiocinandi, & differentia hominis constitutiva. Ut, rationalitas. *Ex Arist. Ethic. cap. 1.*

Ratiocinari.

*Ratiocinari*, est unum ex alio intelligendo inferre. Ut, virtus est qualitas, ergo accidens. *Ex eod. 1. magn. Moral. cap. 1.*

Ratiocinatio.

*Ratiocinatio*, est actio intellectus, ex uno cognito, ad aliud cognoscendum procedentis. *Ex eodem ibidem.*

*Ratiocinatio causalis*, est actio intellectus, ignotum ex noto propter aliquam connexionem utriusque deducentis. *Ex D. Thom. 1. part. quæst. 14. art. 4.*

Rectitudo.

*Rectitudo*, est conformitas rei, cum sua regula. Ut, illa mentis actio dicitur recta, quæ attingit, seu cognoscit objectum sicut in se est.

Regula.

*Regula*, est aliquid certum notum, fixum, cui conformari debet res, aut actio, ut recta, vel bona dicatur. Ut, motus cæli, dicitur regula motuum sublunarium.



## Relatio.

*Relatio*, est ordo unius ad alterum. *Ex D. Thom. de potent. quest. 7. art. 9.*

*Relativum*, seu *relatum*, est id quod per relationem alius respicit. Ut, pater, simile. *Ex Arist. in predicam. ad aliquid.*

*Relationis subiectum*, est id quod in se relationem recipit. Ut, Petrus, est subiectum paternitatis.

*Relationis terminus*, est quod terminat relationem, in alio existentem. Ut, pater, est terminus filiationis, & filius paternitatis.

*Relationis fundamentum*, est id quod causa est subiecto, ut referatur ad aliud. Ut, albedo, est fundamentum similitudinis, inter nivem, & serusam. *Ex Alensi 5. Metaphys. textu 20.*

*Ratio fundandi*, est aliqua actio, vel conditio, sine qua non emerget, & relatio, in fundamento. Ut, unitas duarum albedinum, est ratio fundandi similitudinem. *Ex Svar. disp. 47. Metaphys. sect. 2. & 12.*

*Relationis extrema*, sunt ea, inter quæ tota clauditur relatio. Ut, nix, & serusa, sunt extrema similitudinis.

*Correlatio*, est mutuus ordo, quo unum referatur ad illud à quo respicitur. Ut, filiatio. *Ex Aristot. 5. Metaphys. cap. 15.*

*Correlativum*, est quod mutuo illud respicit, à quo respicitur. Ut, filius est patris correlativum, & pater filii. *Ex eodem ibidem.*

*Relatio realis*, est quæ unum à parte rei ad aliud ordinatur. Ut, æqualitas identitatis. *Ex Alensi 5. Metaphys. textu 20.*

*Relatio rationis*, est quæ ab intellectu fingitur, inter ea, quæ suapte natura ad invicem non referuntur. Ut, relatio generis, & speciei, prædicati & subiecti. *Ex eodem ibidem.*

*Relatio secundum dici*, est res, quæ concipitur, & expli-

explicat  
re ipsa  
tiam D  
tionis,  
absolu  
ad ali  
Est  
quem  
tentia  
Metaph  
Rel  
cum h  
sam. a  
Rel  
tè esse  
sub ra  
relati  
mater  
Rel  
tum e  
Ut, si  
quid,  
Rel  
vel in  
tus f  
Rel  
in alt  
tura  
Svar  
Rel  
rate, &  
Ut, id  
cap. 15  
Re  
tion  
toris



explicatur, seu dicitur, per modum respectus, cum in  
re ipsa verum respectum non habeat. Sic omnipoten-  
tiam Dei intelligimus, & explicamus, per modum rela-  
tionis, aut relativi ad res possibles, quamvis in se sit ens  
absolutum. Ex Arist. 5. Metaphys. & in prædicam. cap. de  
ad aliquid seu secundum alios.

Est respectus inclusus, in potentiis, & habitibus, per  
quem ad sua objecta referuntur. Ut, ordo visivæ po-  
tentia, ad visibile, scientia, ad icibile. Ex Svar. diff. 47.  
Metaphys. si. et. 3.

Relatio secundum esse, est quæ habet proprium esse,  
cum habitudine ad aliud. Ut, paternitas. Arist. in prædi-  
cam. ad aliquid.

Relatio transcendentalis, est respectus in rei absolu-  
tè essentia inclusus, eam referens ad aliud, non purè  
sub ratione termini sed causæ, subjecti, vel objecti. Ut,  
relatio creaturæ ad Deum, accidentis ad substantiam,  
materiæ ad formam. Ex Svar. citat.

Relatio prædicamentalis, est accidens reale, cujus to-  
tum esse, est aliud sub ratione puri termini, respicere.  
Ut, similitudo. Ex Arist. lib. de prædicam. cap. de ad ali-  
quid, & 5. Metaphys. cap. 5.

Relatio mutua, est quæ in utroque extremo est realis,  
vel in utroque rationis. Ut, paternitas, & filiatio, respe-  
ctus subiecti, & prædicati. Ex eodem ibidem.

Relatio non mutua, est quæ in uno extremo realis est,  
in altero, vel nulla, vel rationis tantum. Ut, relatio crea-  
turæ ad Deum, in creatura realis, est in Deo nulla. Ex  
Svar. ibidem.

Relationes primi generis, sunt quæ fundantur in uni-  
tate, & numero substantiæ, quantitatis, aut qualitatis.  
Ut, identitas, æqualitas, similitudo. Ex Arist. 5. Metaphys.  
cap. 15.

Relationes secundi generis, sunt quæ fundantur in a-  
ctione, & passione. Ut, paternitas, & filiatio, relatio do-  
ctoris, & discipuli. Idem ibidem.



*Relationes tertii generis, sunt quæ fundantur in mensura, & mensurabili. Ut, relatio intellectus, ad intelligibile. Per mensuram intelligit Philosophus, potentiarum, & habituum objecta per mensurabile ipsas potentias & habitus. Idem ibidem.*

*Relata transcendentalia, sunt res absolutæ, quæ essentialem ordinem dicunt ad aliud, ut causam, subiectum, vel objectum. Exempla superius habes. Ex Suarez citato.*

*Relata secundum dici, sunt ea, quæ id quod sunt, aliorum esse, aut ad aliquid, aliquo alio modo dicuntur. Arist. in cap. de ad aliquid.*

*Relata secundum esse, seu prædicamentalia, sunt quorum totum esse, est ad aliquid sese habere. Idem ibidem.*

*Relata mutua sunt ea, in quorum utroque est relatio realis, vel in utroque rationis. Comm.*

*Relata non mutua, sunt ea, in quorum altero est relatio realis; in altero nulla, vel rationis tantum.*

*Relata æquiparantiæ, sunt in quorum utroque est relatio ejusdem nominis, & dignitatis. Ut, æqualia, similia. Ex Alensi. 5. Metaphys. text. 20.*

*Relata disquiparantiæ, sunt, in quibus relationes existunt diversi nominis & diversæ dignitatis. Ut, dominus, & servus. Ex eodem ibidem.*

*Relatum majoris comparationis, dicitur id, in quo est dignior relatio. Ut, pater. Ex eodem ibidem.*

*Relatum minoris comparationis, dicitur illud, in quo est minoris dignitatis relatio. Ut, filius, quod est intelligendum in creatis; nam in divinis, pater non est filio dignior. Ex eodem ibidem.*

### Religio.

*Religio, est virtus, quæ debitum cultum Deo, tanquam primo rerum omnium principio exhibet. Ex D. Thom. 2. 2. quæst. 81.*

Remi-



*Reminiscentia.*

*Reminiscentia*, est actus memoria, quo anima, ex aliquo objecto sensu percepto, redit in memoriam, ejus quod erat oblita. *Ex Arist. lib. de memoria & reminiscen- ti. Themistio 2. Paraphrasis, cap. 4. Simplisio in 3. de anima. Seu.*

*Reminiscentia*, est progressio qua potentia memoran- di, ex aliquo aliquibusve memoria comprehensis, ve- nit in cognitionem ejus, quod nec in memoria occur- rebat, nec à memoria penitus exciderat. Ut, cum quis videns annulum ab amico datum, recordatur gerendi ejus negotii, cujus erat oblitus. *Ex iisdem.*

*Reptile.*

*Reptile*, est animal, cujus corpus non multum eleva- tur à terra, per instrumenta motus; sed reptit vi costa- rum, ut serpens, vel vi annulorum, ut annulosa, vel vi oris, ut quidam vermes, vel vi pennularum, ut pisces. *Ex D. Thom. 1. quest. 72. & 2. distinct. 15. quest. 2. art. 2.*

*Resistentia.*

*Resistentia*, est impedimentum, quo potentia ab alio retardatur in agendo. *Ex eod. 4. dist. 11. quest. 1. art. 5. & dist. 17. quest. 1. art. 5.*

*Resistentia positiva*, est qua passum reagendo, in a- gens, ejus virtutem debilitat. Ut, cum aqua refrigerat ferrum calidum, à quo calefit. *Ex eodem ibidem.*

*Resistentia negativa*, est incapacitas subjecti, ad reci- piendam formam, quæ est in agente. Ut, cælum dicitur habere negativam resistantiam formæ ignis. *Seu.*

*Resistentia negativa*, est impossibilitas effectus ab agente procedentis, cum aliqua forma patientis. Sic nigredo dicitur resistere albedini.

*Respi-*



## Respiratio.

*Respiratio*, est aëris attractio ab animali facta beneficio pulmonum, ad calorem internum temperandum. Ex Arist. lib. de respiratione.

## Risus.

*Risus*, est motus diaphragmatis & musculorum pectoris, atque oris, ex delectatione, cum admiratione rei novæ, inopinatæ, & ludicræ, Ex Arist. Problem. sect. 37. & I. Rhetor. cap. 11. & Aphrod. 1. Problematum.

## Ros.

*Ros*, est humidum quid è serenitate concretum minutimque delabens. Arist. de mundo, cap. 4.

## Sanguis.

*Sanguis*, est unus, ex primis humoribus animalis temperamentum constituentibus, calidus, & humidus. Ex Aristot. 3. de historia animal. cap. 2. & 7. de partib. animal. cap. 3.

## Sanitas.

*Sanitas*, est calidorum & frigidorum commensuratio, aut eorum, quæ sunt intra, aut ad continens. Ex Arist. 7. Physic. cap. 3. Seu.

Est affectus, secundum naturam, ex primarum qualitatum debita contemperatione resultans. Ex Arist. lib. de predicam. cap. de qualitate, & loco citato. Aphrod. 1. natural. quest. cap. 9. & alius.

## Sapientia.

*Sapientia* latissimè, est multarum & admirabilium rerum scientia. Ex Arist. 1. Rhetor. Sect.

Est



Est rectitudo quædam intellectualis, ad bene iudicandum de omnibus rebus, consurgens ex perfecta scientiarum omnium consecutione. Ex eodem & Platone passim.

Sapientia strictius, est peculiaris habitus intellectus, quo quisque in sua arte peritus, causas & principia rerum ejusdem artis potest reddere. Ex Aristot. 6. Ethic. cap. 7.

Sapientia magis propriè, est habitus intellectualis, scientificus, cognoscitivus rerum per altissimas causas, & universalissima principia. Ex eodem ibidem, & cap. 11.

## Sapor.

Sapor, est qualitas secunda comprehendente siccum humido terrestri, & decoquente, calore, gustu perceptis. Ex eodem. 2. de anim. & lib. de sensu.

## Scientia.

Scientia latè, est cognitio quælibet vera, & certa, ex principiis certis, licet non demonstrativis comparata, & sic artes omnes interdum dicuntur scientia.

Scientia propriè, est cognitio per demonstrationem acquisita. Vt, Physica. Ex Arist. 2. Poster.

Scientia habitualis, est habitus certus, verus, & evidens, rei necessariæ, per propriam causam. Ex eodem ibidem.

Scientia speculativa, est ea, quæ in sola objecti contemplatione, & veritatis cognitione occupatur, & conquiescit. Vt, Physica, Metaphysica, Mathematica. Ex eodem 5. Metaphys. cap. 1.

Scientia practica, est ea quæ suam cognitionem ad opus, vel ad actionem refert. Vt, Logica, Ethica. Ex eodem ibidem.

Scientia subalternans, est à qua altera ita dependet, ut ab ea sua principia mutuetur, verseturque circa  
idem

bene-  
ndum.m pe-  
one reu  
it. sect.

m mi-

tem-  
idus.  
ib. a-atio,  
Arist.qua-  
lib.  
na-

ium

Est



idem obiectum, accidentaliter tantum diversum. Ut, Arithmetica respectu musicae. *Ex eodem 2. Posterior.*

*Scientia subalternata*, est scientia inferior, quæ superiores conclusiones, pro suis principiis sumit, habetque idem obiectum, accidentali tantum differentia contractum. Ut, Musica respectu Arithmeticae. Illa enim numerum, hæc numerum sonorum considerat. *Ex eodem ibidem.*

### Scire.

*Scire*, est rem per propriam causam cognoscere. *Ex Arist. 2. Posterior. & 1. Metaphys. cap. 3.*

### Scurrilitas.

*Scurrilitas*, est turpis, & procax dicacitas, neque temporis, neque loci, neque personarum respectum habens. *Ex D. Thom. 2. 2. quæst. 148. art. 6. & quæst. 53. art. 5.*

### Semen.

*Semen*, est substantia humida, spumosa, & spirituosa, ex optima alimenti portione, ad viventis nutritionem superflua, elaborata ad animalis procreationem. *Arist. 7. de hist. animal. cap. 2. & 1. de generatione animal. cap. 17.*

### Sensibile.

*Sensibile proprium*, est quod per se, vel per propriam speciem, ab uno tantum sensu externo, sine errore percipitur. Ut, lumen sonus odor. *Ex Arist. 2. de anim. cap. 3.*

*Sensibile commune*, est quod à pluribus sensibus externis, per modificatas propriorum sensibilium species, percipitur. Ut, quantitas, distantia. *Ex eodem ibid.*

*Sensibile per accidens*, est quod nec per propriam nec per modificatam alterius speciem, sed per aliud tantum.

tum, &  
dit. Ut

Sen,  
mater  
& 3. &

Sen,  
extra

tibus

Sen,  
pfa ce

fra, se

Sen

exten

judic

sensu

Sen

dicat

rist. in

Se

præd

Ut, i

nem

gas,

fede

tem

hom

lus

fede

Se

dene

curi

mo

natu



rum, cum quo conjunctum est, sub sensus externos ca-  
dit. Ut, substantia materialis. *Ex eodem ibidem.*

### Sensus.

*Sensus*, est facultas animæ cognoscitiva objectorum  
materialium, & singularium. *Ex eodem 2. de anima, c. 1.*  
& 3. & lib. de sensu & sensibili.

*Sensus* externi, dicuntur hi, quorum organa foris &  
extra caput patent. Ut, visus, &c. *Ex Arist. & Interpre-*  
*tibus 2. de anima.*

*Sensus* interni, dicuntur illi, quorum organum in i-  
psa cerebri substantia infra caput situm est. Ut, phanta-  
sia, sensus communis. *Ex eodem ibidem.*

*Sensus* communis, est sensus internus, qui sensuum  
externorum objecta percipit, deque eorum sensationibus  
judicat. *Ex Arist. 2. de anim. D. Thom. ibidem, lect. 30. & de*  
*sensu & sensibili, lect. 2.*

*Sensus* compositus, fit cum formale significatum præ-  
dicati, jungitur cum formali significato subjecti. *Ex A-*  
*rist. in Elenchi. D. Thom. de syllogismo sophistico & aliis.*

*Sensus* divisus, fit quando formale significatum  
prædicati, necitur cum materiali significato subjecti.  
Ut, impossibile est sedentem ambulare, si ambulatio-  
nem cum cessione (quæ sunt formalia significata) jun-  
gas, erit sensus compositus, & verus. Est enim sensus,  
sedens quatenus est sedens ambulare non potest. Si au-  
tem ambulationem (quæ est formale prædicati) cum  
homine, qui est materiale subjecti, connectas, erit sen-  
sus divisus & falsus. Erit enim sensus, homo qui nunc  
sedet, ambulare non potest. *Ex eodem ibidem.*

*Sensus* reduplicativus, fit quando particula geminans  
denotat in subjecto, ad æquatam rationem, vel causam,  
cur illi conveniat prædicatum. Ut, homo quatenus ho-  
mo est risibilis. Nam ad æquata causa risibilitatis, est  
natura humana. *Ex eodem ibidem.*

*Sensus.*



*Sensus* specificativus, fit cum particula geminans indicat in subjecto aliquam rationem, cur illi conveniat predicatum, vel conditione sine qua non conveniret. Ut, Plato quatenus homo est Philosophus. Falsa est re-duplicative, & vera specificative, quia natura humana non est adæquata, sed aliqua tantum ratio, cui fit Philosophus. Sic ignis quatenus propè est, calefacit. Nam propè esse, est tantum conditio sine qua non calefaceret. *Ex iisdem ibidem.*

*Sensorium*, est portio corporis organici suscipiendis sensibilibus accommodata. *Alex. Aphrod. in 1. de anim. cap. 7.*

### *Sententia.*

*Sententia*, est æqui, & boni viri, iudicium rectum. *Ex Arist. Ethic. cap. 11. Seu.*

Est pronunciatum de universalibus, quorum actiones persequimur ad agendum, vel fugiendum. *Idem Rhetoric. 2.*

### *Serenitas.*

*Serenitas*, est aër nubibus, nebulaque vacuus. *Arist. lib. de mundo.*

### *Siccitas.*

*Siccitas*, est qualitas, qua res facile terminatur proprio termino, difficile alieno. Ut, lapis est siccus. *Ex Arist. 2. de ortu, cap. 2.*

### *Significare.*

*Significare*, est aliquid à se diversum potentia cognoscenti repræsentare. Ut, sonus tubæ significat bellum. *Ex Arist. 1. de Interpretib. cap. 3.*

### *Signum.*

*Signum*, est quod repræsentat aliquid aliud à se, cognoscenti



gnoscenti potentia. Ut, fumus ignem. *Ex eodem ibidem.*

*Signum formale*, est species rei consignata in potentia cognoscente, & objecti repræsentativa. Ut, species parietis in oculo. *Ex Interpretib. ibidem.*

*Signum instrumentale*, est quod prius cognitum, nos ducit in cognitionem alterius. Ut, fumus est signum ignis latentis. *Ex eisdem.*

*Signum naturale*, est quod suapte natura significandi vim habet, idemque apud omnes homines. Ut, risus signum est lætitiæ. *Ex iisdem.*

*Signum ex instituto*, seu datum, seu ad placitum, est quod ex Dei, vel hominum beneplacito vim habet repræsentandi. Ut, Sacramenta signa sunt gratiæ, & anulus amico datus, signum benevolentia. *Ex iisdem ibidem.*

*Signum manifestativum tantum*, est quod repræsentat quidem rem, sed pro ea non supponitur. Ut, iris signum est serenitatis futuræ, non ponitur tamen pro serenitate. *Ex iisdem.*

*Signum manifestativum, simul, & suppositivum*, est quod & rem indicat, & pro ea subrogatur. Ut, pro Rex Regem repræsentat, & Regis vice fungitur. *Ex iisdem.*

### Similitudo.

*Similitudo*, est relatio duarum qualitatum ejusdem speciei, & gradus. *Ex Aristot. in prædic. cap. 4.*

### Simpliciter, & secundum quid.

*Simpliciter dictum est*, quo res absolute talis pronuntiatur, nihilque de ejus determinatione detrahatur. Ut, nix est candida, arma sunt restituenda Domino. *Ex Arist. in Elench.*

*Secundum quid dictum*, est quod de rei determinatione, per aliquam adjectionem diminuit, ejusque tantum

ns in-  
veniat  
eniret.  
est re-  
manat  
it Phi-  
Nam  
eface-

endis  
anim.

m. Ex

actio-  
Idem

Arist.

r pro-  
Ex A-

ogno-  
ellum.

e, co-  
scenti



tantum partem, proprietatem, vel aliqualem rationem innuit. Ut, Æthiops est albus secundum dentes, arma non sunt restituenda Domino furioso. Ex eodem ibidem.

### Sincategorema.

*Sincategorema*, est quod per se nequit esse prædicatum, vel subjectum enuntiationis, sed ei adjungitur, ut melius, clariusve, significet. Ut, sunt casus obliqui, & partes orationis indeclinabiles. Ex *Summul.*

### Singulare.

*Singulare*, est quod est pluribus incommunicabile. Ex *Arist. 1. de Interpretib. cap. 7.*

### Sitis.

*Sitis*, est appetitio frigidi, & humidum. Ex *Aristot. 2. de anima. c. 3.* Seu est appetentia potus. *Plato 2. de republic.* Seu.

Est sensio vellicationis factæ potissimum in ventriculo, œsophago, & faucibus, ex attractione potus. Ex *iusdem & medicis.*

### Situs.

*Situs*, est ordo partium corporis in loco. Ut, stare, sedere, jacere. Ex *Arist. in prædicam. cap. de quantitate.*

*Situs*, etiam dicitur dispositio partium in ipso corpore, quatenus potest certis loci partibus respondere. Ut, caput esse supra humeros, pectus infra, &c.

*Situs* prædicamentum, est accidens secundum quod res dicitur habere partes corporis, certo modo affectas ad partes loci. Ex *Gilberto de sex principiis, & aliis.*

### Sobrietas.

*Sobrietas*, est virtus, quæ potionis inebriare valentis affectum, usumque moderatur. Ex *D. Thom. 2. 2. quæst. 1. 3. & 149. art. 1.*

| Soli-



*Solidum.*

*Solidum*, est corpus habens trinam dimensionem, cum firmitate.

*Solstitium.*

*Solstitium*, est finis recessus solis ab æquatore, & principium accessus ad eundem. Ex Sacrobosco in Sphæra.

*Somnium.*

*Somnium*, est visum quod in somnis apparet. Ex Arist. lib. de somniis. Seu,

Est apparitio exhibita per internum sensum, in iis qui somno consopiti sunt. Ex eodem ibidem.

*Somnus.*

*Somnus*, est ligatio omnium sensuum externorum, ad animalis quietem, & salutem instituta. Ex Arist. lib. de somno & vigilia.

*Sonus.*

*Sonus*, est patibilis qualitas, orta ex duorum corporum collisione, & auditu perceptibilis. Ex Aristot. 2. de anima.

*Spatium.*

*Spatium reale*, est intercapedo positiva quæ inter plura corpora, vel ejusdem corporis latera, aut extrema reperitur. Ex Simplic. & aliis in 4. Physic.

*Spatium imaginarium* est illa intercapedo, quam nobis imaginamur, & fingimus esse supra cælos. Ex eodem ibidem.

*Species.*

*Species Physicè*, est forma, & pulchritudo rei. Ex Porphyrio in Isagoge cap. de specie.

Species

onem  
arma  
idem.dica-  
ur, ut  
i, &

bife.

2. de  
blic.icu-  
e iis-

e, se-

cor-  
ere.vod  
stasntis  
st. I.

li-



*Species*, ut universale, est unum aptum inesse pluribus, ut tota eorum essentia. Ut, homo Petro, Paulo, & reliquis hominis individuis. *Ex Arist. 5. Metaphys.*

*Species* prædicabilis, est unum aptum prædicari de multis, solo numero differentibus, in quaestione quid est. Ut, homo de Petro, & Socrate. *Ex Porphyrio in Isagogæ cap. de specie.*

*Species* subijcibilis, est particulare, quod proxime collocatur sub genere, & de quo genus immediatè prædicatur in quid. Ut, animal respectu viventis. *Ex eodem ibidem.*

*Species* subalterna, est quæ ratione sui superioris est species, ratione inferiorum genus. Ut, animal respectu viventis est species, respectu hominis & bruti genus. *Ex eodem ibidem.*

*Species* infima, seu athoma, seu specialissima est, quæ sub se habet tantum individua. Ut, equus, hunc, & illum equum. *Ex eodem ibid.*

*Species* intentionalis, seu impressa, est qualitas representativa objecti, ab ipso producta in potentia, cum qua ad eliciendam sensationem, effectivè concurrat. Ut, species soni in aure. *Ex eodem lib. de memoria. & 2. de anim. cap. 12. Seu.*

Est qualitas representativa objecti, à quo emanat, & consignata in potentia cognoscente. Ut, species parietis in oculo. *Ex eodem D. Thom. 1. part. quaest. 55. art. 1.*

*Species* expressa, est imago vitalis, & expressa objecti à potentia, & specie impressa per sensationem, tanquam ejus terminus producta. Ut, per intellectionem qua cognosco Petrum, producitur ejus expressa, & viva similitudo in intellectu.

### Speculatio.

*Speculatio*, est actio intellectus in sola veritatis cognitione conquiescentis. *Ex Arist. 5. Met. cap. 1.*

Sphæra.



## Sphæra.

*Sphæra*, est solidum una superficie contentum, in cuius medio est punctum; à quo omnes lineæ, ad circumferentiam ductæ, sunt æquales. *Ex Sacrobosco in Sphæra.*

*Sphæra Astronomica*, est instrumentum quoddam rotundum, in quo varii circuli continentur, quibus cælorum motus, & totius mundi situs, commodissime explicantur. *Idem ibidem.*

*Sphæra activitatis*, est terminus circularis, quem agentia naturalia; propter limitatam suam agendi virtutem, præterire non possunt, verbi gratia, si ignis potest agere ad quatuor passus, circulariter, non ultra.

## Spiritus.

*Spiritus*, ut opponitur corpori, est substantia simplex, completa, immaterialis, & intellectiva. *Ex D. Tho. 1. dist. 10. art. 4. & 1. part. quæst. 41. art. 3.*

*Spiritus pro vento*, est fluxus continuus aëris, ad longitudinem. *Arist. 4. Meteor. cap. 2.*

*Spiritus*, ut animæ instrumentum, est corpusculum quoddam tenue, humidum, calidum, ex puriori sanguine adjuvandas vitales, & sensitivas operationes procreatum. *Ex eodem lib. de spiritu, c. 1. & 5. de generat. animal. cap. ultimo & lib. de comm. animal. motu, cap. 6.*

*Spiritus insitus*, seu ingenuus, est quem generans unicuique membro virtute seminis ab exordio inserit. *Ex eodem 2. de generat. animal. cap. 3.*

*Spiritus influens*, est qui à principe aliquo membro, in reliquas corporis partes continenter influit. *Ex eodem. Et Theophilo in 3. de anima. Et Aphrod. sect. 1. Problemat. quæst. 14.*

*Spiritus naturalis*, est purior, ac defœciator sanguinis portio, quæ in hepate elaborata, cum ipso sanguine, per venas ad promovendam concoctionem demittitur. *Ex eodem.*



*Spiritus vitalis*, est qui à corde vitæ fonte, per artérias ad vitæ functiones iuvandas, defertur. *Ex iudem.*

*Spiritus animalis*, est qui à cerebro functionum animalium principio, earumdem functionum promovendarum gratia, per nervos decurrit. *Ex eudem.*

### *Splendor.*

*Splendor*, est divaricatio luminis, super corpus politum, & tersum. *Albert. Magn. de anim. tract. 3. cap. 12. Seu.*

Est participatio, vel effectus lucis ex reverberatione radii, ad corpus lucidum. *D. Thom. in 2. de anima. lect. 34.*

### *Spontaneum.*

*Spontaneum*, est cuius principium in eo est, qui agit, particularia cognoscente, in quibus est actio, vel

Est actio appetitus, cum cognitione ejus, quod appetitur. *Ut, in equo, appetitio fœni. Arist. 3. Ethic. cap. 1.*

### *Sporada.*

*Sporada* sunt, stellæ, quæ in cœlo nullam formant imaginem. *Alex. Aphrod. in 1. Meteor. cap. 10.*

### *Stella.*

*Stella*, est pars cœli densior, recipiens, & ad nos reflectens, in se immissum à sole lumen. *Ex Arist. & Interpret. in lib. de cœlo.*

### *Sternutamentum.*

*Sternutamentum*, est vel spiritus universi delatio humore scilicet plus aliquid exalante, vel crudi humoris conatus, & excursus. *Arist. Problem. sect. 1. num. 57. Seu.*

Est motus cerebri, humorem frigidum repellentis, auxilio aëris, per nares attracti, qui per eandem, & os illico retruditur.

### *Studium.*

Stu  
scend

Stu  
agend  
cuncti

Sub  
de eju  
vari, u  
ctum e  
Metap  
Subj  
aut que  
bile.

Subj  
denom  
parti.  
albedi  
na, qua

Subj  
rialiter  
Subj  
mirum  
natural

Subj  
li pra di

Subsi  
substitu



*Studium.*

*Studium*, est vehemens animi applicatio ad cognoscendum. Ex D. Thom. 2. 2. quest. 106. art. 1.

*Stupidus.*

*Stupidus*, est qui, & cuncta, & cunctos veritus, tam agendo, quam dicendo, solertia expertus, talis est, qui in cunctis obtupescit. Arist. 1. Magnorum, Moral. cap. 3.

*Subiectum.*

*Subiectum* inhaesionis, est id cui ita inest accidens, ut de eius potentia educatur, ab eoque in fieri & conservari, ut a causa materiali dependeat. Ut, materia subiectum est quantitatis, & anima intellectus. Ex Arist. 5. Metaphys. cap. 3. & 6. cap. 1.

*Subiectum* attributionis, est id, de quo proprietas, aut quodlibet aliud enuntiatur. Ut, homo de quo risibile.

*Subiectum* denominationis, est compositum, quod denominatur ab accidente, inhaerente alterutrius illius parti. Ut, quando homo denominatur albus, propter albedinem quae corpori eius inhaeret, doctus, a doctrina, quae animo.

*Subiectum* praedicationis, est id de quo aliquid essentialiter enuntiatur. Ut, homo de quo animal.

*Subiectum* habitus, idem est quod objectum, id nimirum, de quo proprietates demonstrantur. Ut, corpus naturale est subiectum Physicæ.

*Subiicibile.*

*Subiicibile*, est quod est aptum alicui subesse in actuali praedicatione. Ut, Petrus, respectu hominis.

*Subsistere.*

*Subsistere*, est in se non in alio existere. Ut, substantiæ subsistunt. Ex D. Thom. 1. quest. 9. art. 2.



*Subsistentia.*

*Subsistentia*, est modus per quem res existit in se, incommunicabiliter alteri, ut supposito sic, Petrus per suam subsistentiam, ita in se existit, ut non possit communicari supposito Pauli. *Ex eodem ibidem.*

*Substare.*

*Substare*, est accidentibus subesse, eaque in se sustentare. Quod proprium est, substantiæ creatæ.

*Substantia.*

*Substantia* apud Arist. sumitur, pro rei essentia, ut *lib. de predicamentis, cap. 1.* Æquivoca sunt ea quorum est idem nomen ratio verò substantiæ (id est essentiæ) omnino diversa; pro quavis substantia, sive completa, sive incompleta. Ut, *1. Physic. cap. 6.* ubi differentiæ substantiarum materia ac forma substantiæ nuncupantur, pro sola substantia completa. Ut, *lib. de predicamentis, cap. de substantia*, ubi solas prædicamentales substantias, vocat substantias; pro solis primis ut *7. Metaphysic. cap. 1.* ubi genera, & species substantiarum, negat esse substantias.

*Substantia generatim*, est ens per se subsistens.

*Substantia prima*, est quæ neque est in subjecto, neque de subjecto dicitur. Ut, Socrates. *Arist. lib. de predicamentis, cap. de substantia.*

*Substantia secunda*, est quæ in subjecto non est, & tamen de subjecto dicitur. Ut, homo de Petro. *Idem ibid. seu.*

*Substantiæ secundæ* sunt genera, & species, quibus primæ insunt. *Idem eodem lib. cap. 3.*

*Substantia prædicamentum*, est ens reale, finitum aptum per se subsistere. *Ex eodem ibidem.*

*Sudor.*

*Sudor*, est excrementum salsum, & pars quædam ferofi humoris,



humoris, qui cum sanguine permixtus erat, à calore conereta, & ejecta. *Ex Arist. Problem. sect. 2.*

### Superficies.

*Superficies*, est magnitudo ad duo continuata. *Arist. 3. Metaphys. cap. 3. Seu.*

Est qualitas extensa, in longitudinem, & latitudinem, profunditate carens. *Ex eodem ibidem, & in prædicationum. cap. 4.*

### Superstitio.

*Superstitio*, est vitiosus cultus veri, vel falsi numinis. *Ex D. Thom. 2. 2. quæst. 92. art. 1. & sequentibus.*

### Suppositio.

*Suppositio*, est acceptio alicujus nominis, pro se, vel pro te quam significat, Ut, homo est dissyllabum, homo est animal. *Ex Summulistis.*

*Suppositio materialis*, est acceptio nominis, pro seipso. Ut, cum dico homo constat duabus syllabis. *Ex iisdem.*

*Suppositio formalis*, est acceptio nominis, pro re quam significat. Ut equus est vivens. *Ex iisdem.*

*Suppositio simplex*, est acceptio nominis communis, pro suo significato, immediato, præciso. Ut, homo est species. *Ex iisdem.*

*Suppositio personalis*, est acceptio nominis communis, pro suis significatis mediatis. Ut, omne animal moritur, ubi animal non pro natura sensitiva in communi, sed pro singularibus accipitur. *Ex iisdem.*

*Suppositio absoluta*, est acceptio nominis communis, pro suo significato immediato non præciso tamen. Ut, homo est animal, corpus naturale, est objectum Physicæ: nam hæc subjecta homo & corpus naturale accipiuntur pro significatis immediatis. Ut, patet. *Ex iisdem.*



*Suppositio propria*, est acceptio nominis, in sua propria significatione. Ut, homo est risibilis. *Ex iisdem.*

*Suppositio impropria*, est acceptio nominis, in significatione impropria. Ut, prata rident: hoc prædicatum, habet suppositionem impropriam. *Ex iisdem.*

*Suppositio naturalis*, est acceptio nominis communis, pro omnibus quæ significat. Ut, omne animal est sensitivum, id est, animal quod erat, & erit. *Ex iisdem.*

*Suppositio accidentalis*, est acceptio nominis communis, non pro suis omnibus significatis. Ut, omnis homo nunc occupat locum. Vbi homo accipitur pro solis existentibus.

*Suppositio confusa*, est quæ explicatur descensu copulativo copulato, vel disiuncto. Ut, omne animal est vivens, aliqua navis ad navigandum est necessaria. *Ex iisdem.*

*Suppositio determinata*, est quæ explicatur disiunctivo descensu. Ut, aliquis homo est iustus. *Ex iisdem.*

*Suppositio pro singulis generum*, est in qua, subjectum accipitur pro omnibus individuis, quæ significare potest. Ut, omnis homo est mortalis. *Ex iisdem.*

*Suppositio distributiva pro generibus singularum*, est in qua, subjectum accipitur pro omnibus tantum speciebus, & aliquibus earum individuis. Ut, omne animal erat in arca Noëmi. *Ex iisdem.*

### Syllogismus.

*Syllogismus*, est oratio, in qua quibusdam positis, aliud quid ab iis quæ sunt posita, necessario accidit, eo quod hæc sunt. *Arist. 1. prior. cap. 1. & 1. topic. cap. 8.* Seu,

Est argumentatio, in qua ex duabus propositionibus concessis, necessario infertur conclusio. Ut,

Omne vivens est substantia.

Sed omnis planta est vivens.

Ergo omnis planta est substantia. *Ex eodem ibidem.*

Syllo-



*Syllogismus perfectus*, est qui nulla re indiget, ut necessarius appareat, id est, ut evidens fiat colligendi necessitas. Quales sunt omnes, & soli, qui in quatuor primis, primæ figuræ modis extruuntur; *Ex eodem ibidem.*

*Syllogismus imperfectus*, est qui una, vel pluribus rebus indiget, ut conclusionis necessitas manifesta fiat. Quales sunt, qui in modis indirectis primæ figuræ, & in omnibus modis secundæ, & tertie constantur. *Ex eodem ibidem.*

*Syllogismus illativus*, est qui constat propositionibus, in forma syllogistica rectè dispositis, sive sint veræ, sive falsæ. Ut,

Omne B est A.

Sed omne C. est B.

Ergo omne C. est A. ex libris Prior. Vbi Philosophus de forma syllogismi agens, in elementis Alphabeticis exempla assignat.

*Syllogismus probativus*, est qui & forma syllogistica, & materia vera, vel probabili, constat. Ut,

Omnis sapiens est honorandus.

Sed Socrates est sapiens.

Ergo Socrates est honorandus. *Ex eodem in libris Priorum.*

*Syllogismus materialis*, est qui, vi solum materię, & non ratione formæ, concludit. Ut,

Omnis aquila volat.

Sed nullus Leo est aquila.

Ergo nullus leo volat. *Ex eodem ibidem.*

*Syllogismus formalis*, est qui ratione formæ, legitimam conclusionem colligit, exempla jam habes supra. *Ex eodem ibidem.*

*Syllogismus simplex*, seu categoricus, est qui ex simplicibus propositionibus constituitur. Ut, allati superius. *Ibidem.*

*Syllogismus conjunctus*, seu hypotheticus, est qui constat, ex una præmissa conjuncta. Ut,

Si homo volaret, alas haberet;

G 4

Sed



Sed alas non habet.

Ergo non volat. *Ibidem.*

*Syllogismus absolutus*, est qui constat ex proportionibus absolutis. Ut,

Omne animal moritur.

Equus est animal.

Ergo moritur. *Ibidem.*

*Syllogismus modalis*, est qui constat ex una, pluribus-ve modalibus propositionibus. Ut,

Hominem esse lapidem, est impossibile.

Sed Plato est homo.

Ergo Platonem esse lapidem, est impossibile. *Ibidem.*

*Syllogismus ex obliquis*, est qui constat uno, vel pluribus terminis obliquis. Ut,

Contrariorum eadem est scientia.

Sed virtus & vitium sunt contraria.

Ergo virtutis & vitii eadem est scientia. *Ibidem.*

*Syllogismus expositivus*, est qui constat ex medio singulari incommunicabili. Ut, Socrates est Philosophus.

Sed hic homo est Socrates.

Ergo hic homo est Philosophus. *Ibidem.*

*Syllogismus demonstrativus*, est qui constat ex materia necessaria, & generat scientiam. Ut,

Omne rationale est admirativum.

Sed omnis homo est rationalis.

Ergo omnis homo est admirativus. *Ex eodem i. topic. cap. 1. & 1. Elenchor. cap. 1.*

*Syllogismus topicus*, seu dialecticus, est qui constat ex materia probabili, & opinionem parit. Ut,

Omnis mater diligit filium.

Hæc mulier est mater.

Ergo diligit filium. *Ex eodem ibidem.*

*Syllogismus Pseudographus*, seu Paralogismus, est qui constat materia quæ videtur, in aliqua scientia necessaria, & tamen falsa est. Ut, omnes lineæ ductæ ab eodem puncto, ad idem punctum, sunt æquales.

Sed



Sed lineæ ductæ ab una extremitate arcus, una per arcum, altera per funem, ad aliam extremitatem sunt ductæ ab eodem, ad idem, ergo sunt æquales. Major quæ in Geometria videtur necessaria, est falsa, nisi restringatur per idem spatium. *Ex eodem ibidem.*

*Syllogismus Sophisticus*, est qui constat materia apparente probabili, & falsa tamen est. Ut,

Quidquid non amisisti habes.

Alas non amisisti.

Ergo alas habes. *Ex eodem ibidem.*

*Syllogismi materia* propinqua, sunt tres propositiones, ex quibus constat, scilicet major, minor, & conclusio: remota sunt tres termini, ex quibus fiunt propositiones scilicet majus extremum, minus extremum, & medium. *Idem 1. Priorum.*

*Syllogismi figura.* Vide *figura syllogismi.*

*Syllogismi forma.* Vide *forma syllogismi.*

*Syllogismi modus.* Vide *modus syllogisticus.*

### Synderesis.

*Synderesis*, est habitus naturalis primorum principiorum moralium, quibus positus fit progressio ad electionem mediorum. *Ex D. Thom. 1. quest. 79. art. 12. & 2. quest. 94. art. 1.*

### Synesis.

*Synesis*, est virtus bene judicativa, de agilibus, secundum legem communem. *Ex eodem 1. quest. 22. artic. 1. & 2. quest. 57. art. 6. Et Arist. 1. magn. Moral. cap. 55.*

### Tactus.

**T**actus, est rerum tactilium susceptio, atque prehensio, quæ tunc fit, cum id quod contractandi potest



potentiam habet, ad similitudinem rei tactilis immu-  
ratur. *Aphrod. in 2. de anim. cap. 18. Seu.*

*Tactus* est potentia sentientii animæ, perceptiva pri-  
marum qualitatuum, & aliquarum aliarum, interventu  
primarum. *Ex Arist. 2. anima. cap. 18.*

### *Temeritas.*

*Temeritas* seu audacia, est excessus in audendo, & ag-  
grediendo, cum quis, ut malum imminens repellat, ag-  
greditur aliquid, quod, quando, vel quomodo non con-  
venit. *Ex D. Thom. 2. 2. quæst. 53. art. 3.*

### *Temperamentum.*

*Temperamentum*, est mensurata quædam, & modifi-  
cata mediætas, *Themistius in 2. de anima. cap. 42. Seu.*

*Temperamentum*, est proportio primarum qualitatuum,  
mixti naturæ conveniens.

*Temperamentum simplex*, est in quo una tantum ex  
primis qualitatibus dominatur.

*Temperamentum compositum*, est in quo duæ prima-  
rum qualitatuum excedunt, estque quadruplex, sangvi-  
neum, seu aëricum, in quo calor, & humiditas.

*Colericum*, seu igneum, in quo calor, & siccitas.

*Phlegmaticum*, seu aquaticum, in quo frigus, & hu-  
miditas.

*Melancholicum*, seu terreum, in quo frigus, & siccitas.

*Temperamentum ad pondus*, est in quo omnes quali-  
tates primæ, sunt in æquali gradu, adeo. Ut, nulla alias  
excedat.

*Temperamentum ad iustitiam*, est quod debetur ex-  
actè alicui speciei, secundum propriam naturam.

### *Temperantia.*

*Temperantia*, est mediocritas circa voluptates, & æ-  
gritudines corporales, & eas maximè quæ in tactu exi-  
stunt. *Arist. 2. Ethic. cap. 7.*

*Temperantia*, est virtus quæ circa frenandas, gustus,  
tactus.

tractu  
Ethic.

Tem  
poster  
Est  
mensu  
Tem  
mus a

Ter  
resolv  
stum,  
Ter  
Ter  
unde  
Ter  
forma

T r  
frigid  
2. Met

Th  
in cu  
Ex A

Th  
quæ



tractusque voluptates occupatur. Ex eodem ibidem, & 3.  
*Ethic. cap. 1.*

### Tempus.

*Tempus* reale, est numerus motus, secundum prius, & posterius. *Arist. 4. Physic. cap. 1. Seu.*

Est duratio motus cœlestis, quatenus assumitur, ut mensura cæterorum motuum. *Ex eodem ibidem.*

*Tempus* imaginarium, est spatium illud, quod fingimus ab æternitate, in æternitatem fluere.

### Terminus.

*Terminus* enuntiationis, est id, in quod, ut extremum resolvitur enuntiatio. Ut, sunt prædicatum, & subiectum. *Ex Arist. 1. Prior. cap. 1.*

*Terminus* relationis. Vide *relationis terminus.*

*Terminus* à quo, est unde incipit motus. Ut, privatio, unde generatio.

*Terminus* ad quem, est id, in quod motus definit. Ut, forma, in quam generatio.

### Terra.

*Terra*, est elementum, summè siccum, excellenter frigidum, & simpliciter grave. *Ex Arist. 2. de ortu, c. 3. & 2. Meteor. cap. 2. & 4. cap. 2.*

### Theorema.

*Theorema*, est effatum universale, perspicuæ veritatis, in cuius contemplatione occupari potest intellectus. *Ex Aphrod. in 2. poster.*

### Thesis.

*Thesis*, est quæ de re cæteris circumstantiis nuda, quarit, ac differit. *Boëtius de topic. lib. 1.*

### Timi-



*Timiditas.*

*Timiditas*, est vitium excedens in timendo mortis periculo, vel quando, vel plusquam, vel quomodo non oportet, & deficiens in audendo. *Ex Arist. 3. Ethic. Et D. Thom. 2. 2. quæst. 126.*

*Timor.*

*Timor*, est passio sententis appetitus, quo abhorret malum prout imminet. *Ex D. Thom. 1. 2. quæst. 41. & 42.*

*Tonitru.*

*Tonitru*, est flatus in nube implicitus crassa, & humida, continuatum nubis spissamentum perfringens violenta eruptione, modo haud ab simili spiritus vehementer in aqua impulsu. *Arist. de mundo cap. 3. Sev.*

Est sonus existens ex conflictu exhalationis in nube inclusæ, ad nubis latera, ex qua nititur erumpere, vel ex duarum inter se collisione nubium. *Ex eodem ibidem, & 2. posterior. cap. 9.*

*Totum.*

*Totum*, est cuius nulla partium abest, & quod naturaliter respicit partes, ex quibus est. Ut, continens contenta. *Arist. 5. Metaphys. cap. 46. Sev.*

Est id à quo nihil abest eorum, quæ ad propriam perfectionem, absolutamque plenitudinem requiruntur. *Themist. in 3. Physic. text. 63.*

*Totum per se*, est quod constat ex partibus ad eius essentiam, vel integritatem constituendam naturaliter ordinatis. Ut, homo lapis. *Ex Arist. 5. Metaphys. cap. 26.*

*Totum per accidens*, est quod constat ex pluribus entibus in actu, sive completis. Ut, cumulus lapidum, luminosum, &c. *Ex eodem ibidem.*

*Totum essentiale*, est quod ex partibus eius quidditatem seu Physicè, seu Metaphysicè, constituentibus  
coale-



coalescit. Vt, homo Physicè ex corpore, & animo rationis compote, Metaphysicè, ex animali, & rationali. *Ex eodem.*

*Totum* Physicum, est quod ex materia, & forma substantiali, inter se naturaliter ordinatis, & unitis constituitur. *Ex eodem.*

*Totum* Metaphysicum, est quod ex partibus Metaphysicis, genere scilicet, & differentia constare intelligitur. *Ex eodem.*

*Totum* integrale, seu quantum, est quod partes habet ad rei integritatem pertinentes. *Ex eodem.*

*Totum* homogeneum, seu simile, est cuius partes omnes eandem cum toto rationem & appellationem habent. Vt, aqua, cuius qualibet pars nominatur, & est aqua.

*Totum* heterogeneum, seu dissimile, est cui partes insunt, diversi à toto nominis, diversæque naturæ. Vt, corpus humanum, cuius caput, manus, pes, nec eandem denominationem, nec eandem quidditatem cum toto sortiuntur. *Commun.*

*Totum* potentiale, seu universale, est quod partes suas potestate, tantum, non actu continet. Vt, animal respectu hominis, & bruti. *Commun.*

### *Tristitia.*

*Tristitia*, est passio appetitus sensitivi, præsens malum detestantis. *Ex D. Thom. 1. 2. quæst. 25. art. 1.*

### *Turpitude in actionibus.*

*Turpitude*, est deformitas actionis, quæ deficit à morali rectitudine. *Ex eodem 2. 2. quæst. 144. art. 2.*

### *Tussis.*

*Tussis*, est incursus violentus, non per debitum exitum respirandi aëris, ad ipsam arteriam factus. *Simplici. 2. de anim. Seu.*

Est violentus arteriæ, ac pulmonum, humorem extraneum à se elicere conantium, motus, *Ex Aristot. in Problem.*



*Vacuum.*

**V**acuum latè, est spatium corpore carens nec aptum eo repleti. Quale erat ante mundum conditum, & nunc supra cœlos. *Ex Arist. 4. Physic. cap. 1.*

*Vacuum* etiam, dicitur spatium, in quo nullum est corpus tactu perceptibile. *Ex eodem ibidem.*

*Vacuum* propriè, est locus corpore carens, & aptus eo repleti, quale esset si inter Lunæ concavum, & terram, nullum foret corpus. *Ex eodem ibidem.*

*Vanum.*

*Vanum*, est id, quod de se non est aptum natum, ut sit utile, vel aliquando nocumentum adferat. *Albert. Magnus in 1. Physic. cap. 17.*

*Vanus*, est cui majora quam habet fingit, sed id nullius rei causa. *Arist. 4. Ethic. cap. 7.*

*Vapor.*

*Vapor* est alitus humidus, & calidus, ex aqua, vi caloris eductus. *Ex eodem. 1. Meteor. cap. 4.*

*Ubi.*

*Ubi* est habitudo corporis ad suum locum. *Averr. 2. pitom. in Logic.*

*Ubi* circumscriptivum, est circumscriptio corporis, à loci circumscriptione proveniens. *Albert. Magn. in predicam.*

*Ubi* predicamentum, est accidens secundum quod, res dicitur esse in loco, vel in certa spatii parte. *Ex eodem. Et Ammon. in predicam.*

*Ubi* definitivum, est modus secundum quem, res ita est in loco, vel spatio, ut tota sit in toto, & tota in quolibet

libet  
rum.Vd  
perficVelo  
tur m  
unamVelo  
Arist.Ven  
vehem  
& partVene  
nem alVent  
mentu  
chilum  
cap. 2. &Vent  
MeteorVent  
Solis al  
aëris o

libet



sibet ejus parte, non tamen extra quale est ubi Angelorum.

### Udum.

*Udum*, est quod habet alienam humiditatem, in superficie. Ut, lapis aqua respersus. *Arist. 2. de ori. cap. 2.*

### Velocitas.

*Velocitas*, est accidens secundum quod, mobile dicitur multum spatii parvo tempore pertransire. Ut, si quis unam leucam, uno quadrante conficeret.

*Velox*, est quod in paucis tempore multum movetur. *Arist. 4. Physic. cap. 2.*

### Vena.

*Vena*, est pars animalis homogenea, frigida, & sicca vehendo sanguini à natura destinata. *Ex Arist. de histor. & part. animal. passim.*

### Venenum.

*Venenum*, est mixtum quod ita viventis complexionem alterat, ut eam lædat, & corrumpat.

### Ventriculus.

*Ventriculus*, est pars animalis, ad recipiendum alimentum ab ore immissum, illudque prima coctione in chilum vertendum, instituta. *Ex Arist. 1. de hist. animal. cap. 2. & 4. de generat. anim. cap. 18.*

### Ventus.

*Ventus*, est exspiratio in transversum agitata. *Arist. 2. Meteor. c. 1. & 4. Seu.*

*Ventus*, est exhalatio multo sæpe humore permixta Solis aliorumve syderum vi sursum attracta, & frigidâ aëris occursu repulsa oblique discurtens. *Ex eodem.*



## Verbum.

*Verbum* logicè, est vox significans ex instituto, definitè, & cum tempore, cuius nulla pars separatim significat, & eorum semper quæ prædicantur, est nota. Vt, lego. *Arist. 1. de Interpretatione, cap. 1.*

*Verbum* mentis, est terminus intellectiois species expressa, & vitalis imago rei intellectæ. *Comm.*

## Verecundia.

*Verecundia*, est timor iacturæ bonæ existimationis propter opus malum quod quis jam patravit. *Ex D. Tho. 1. 2. quest. 41. art. 4.*

*Verecundia*, est timor probri ex consideratione rei, vel facti turpis seu probrosi.

## Veritas.

*Veritas*, est habitudo inter rem, & intellectum. *Ex D. Thom. 1. quest. 16. art. 5. & in lib. de Interpret. lect. 3.*

*Veritas* transcendentalis, est conformitas rei, prout est in se ad seipsam, ut objectivè conceptam. *Hervæus quodlibet. 3. quest. 1. art. 2. & 3. Seu.*

Est, conformitas rei, secundum esse objectivum, ad seipsam secundum esse reale. *Durandus in 1. dist. 19. quest. 5. Seu.*

Est conformitas rei, intellectu divino, vel creato cognoscente. *Ex D. Thom. 1. part. quest. 16. art. 1. & 1. contra gentes cap. 2.*

*Veritas* cognitionis, est conformitas intellectus cognoscentis, seu ipsius cognitionis cum objecto cognito, prout in se est. *Ex eodem locis citatis, & seq. acib.*

*Veritas* moralis, seu veracitas, est virtus qua quis verbis, factis aliisque signis externis talem se demonstrat, qualis est in se.

Verum.



*Verum.*

*Verum*, est quod apparet id esse, quod est. Ut, aurum verum dicitur quando tale est quale videtur. *Ex Mendoza disp. 3, Metaph.*

*Vigilia.*

*Vigilia*, est libera solutio, & expedita sensuum omnium externorum functio. *Ex Arist. lib. de somno & vigilia.*

*Vindicatio.*

*Vindicatio*, est per quam vis, aut injuria, & omnino omne quod obfuturum est defendendo, aut ulciscendo propulsatur. *Ex D. Thom. 2. 2. quest. 108. art. 2.*

*Violentum.*

*Violentum*, est quod fit à principio extrinseco, nullam vim conferente passo, sed reluctantante. Ut, tactus lapidis sursum. *Ex Arist. 3. Ethic. cap. 1.*

*Virginitas.*

*Virginitas*, est virtus, qua quis firmiter proponit, corporis animique integritatem, & puritatem perpetuò servare. *Ex D. Thom. 2. 2. quest. 152. art. 3.*

*Virtus.*

*Virtus generatim*, est perfectio, & vis aliquid rectè operandi. *Ex Arist. 2. Ethic. cap. 5.*

*Virtus intellectualis*, est habitus qui circa verum, affirmatione, vel negatione cognoscendum, infallibiliter occupatur. Ut, sapientia scientia. *Idem. 6. Ethic. cap. 3.*

*Virtus moralis*, est habitus ex quo, & homo ipse bonus efficitur, & opus suum bonum reddit. *Ibidem. Seu.*

Est habitus electivus, in mediocritate quoad nos



consistens, ratione præfinita prout prudens præfinierit.  
*Idem 2. Ethic. cap. 6.*

*Virtus Cardinalis*, una est ex præcipuis moralibus, ad quam referuntur, ut principem, quæ veniuntur, ut Cardine. Vt, Prudentia, Iustitia, Fortitudo, & Temperantia.

### *Visus.*

*Visus*, est facultas animæ sentientis, quæ circa lumen, & colores percipiendos versatur. *Ex Arist. 2. de anima. cap. 10.*

### *Vita.*

*Vita*, est naturalis calidi conservatio. *Arist. lib. de juvent. cap. 2. Seu.*

Est mansio nutritivæ animæ cum calido. *Idem ibidem cap. 14.*

*Vita substantialis*, est principium, quo quid in se immanenter, & intrinsecè operatur. *Ex D. Thom. 1. quest. 18. art. 1. 2. & 3. & 2. 2. quest. 179. art. 1.*

*Vita in substantiis purè immaterialibus* est substantia ipsa simplex, & spiritualis, prout in se intrinsecè operatur, hoc est, intelligit, & vult. *Ex eodem locis citatis.*

*Vita in animatis*, est unio animæ cum corpore. *Seu.*

Est permansio animæ vegetatricis in calido. *Arist. lib. de respirat. cap. 1.*

*Vita accidentalis*, seu secunda, est operatio intrinseca animæ, vel intellectivæ substantiæ. *Ex eodem ibidem.*

### *Vitium.*

*Vitium*, est defectus à regula, seu ratione.

### *Vivere.*

*Vivere in spiritualibus*, est intelligere, & velle. *Arist. 9. Ethic. cap. 9.*

*Vivere in materialibus*, est seipsum intrinsecè perficere. *Ex D. Thom. 1. quest. 18. art. 1.*

*Vivens,*



*Vivens*, est quod in se intrinsecè agit. *Ex eodem ibidem.*

*Unio.*

*Unio*, sumitur pro actione unitiva materiæ & formæ; pro carum unione locali, seu indistantia; pro relatione inter partes unitas; pro modo substantiali, & sic sumpta.

*Unio*, est modus substantialis materiæ inhærens, formæ adhærens, utramque ad constituendum compositum Physicum naturaliter, & substantialiter conjungens.

*Unitas, & Unum.*

*Unum*, est quod est, in se indivisum, & divisum à quolibet alio. *Ex Aristot. 5. Metaphysic. cap. 6. & lib. 1. cap. 1.*

*Unitas*, est indivisio rei in se, & divisio à qualibet alia. *Ex eodem ibidem.*

*Unitas* per se, est quæ oritur ex una essentia, vel natura, sive simplex sit, sive composita. Ut, unitas divinæ naturæ, & unitas hominis. *Ex eodem ibidem.*

*Unitas* per accidens, est quæ oritur ex naturis diversis, seu completis, seu diversi ordinis aut prædicamenti. Ut, homo albus, cumulus lapidum, habent unitatem per accidens. *Ibidem.*

*Unitas* materialis, seu numerica, est entitas cujusque individui, prout dicit incommunicabilitatem, & indivisionem in plura inferiora. Ut, unitas Platonis. *Ex eodem ibidem.*

*Unitas* formalis, est essentia rei, prout dicit negationem divisionis in plures essentias qualis est ipsa. Ut, unitas naturæ humanæ. *Ex eodem ibidem.*

*Unitas* universalis, est indivisio in se, cum aptitudine, ut dividatur in plura inferiora. Ut, natura humana per intellectum abstracta, communicabilis est multis.

finierit.

ralibus,  
ntur, ut  
Tempe-lumen,  
anima.

b. de ju-

ibidem

n se im-  
uast. 18.stantia  
e opera-  
tis.Seu.  
Arist. lib.rinseca  
idem.

Arist.

è perfi-

Vivens,



## Universale.

*Universale* complexum, est aliqua propositio generalis, ex qua plures particulares deduci possunt. Ut, omne totum est majus sua parte. *Commun.*

*Universale* incomplexum, est aliquid simplex, ad multa dicens ordinem. Ut, virtus respectu justitiæ, prudentiæ, &c. *Commun.*

*Universale* in significando, est vox una, quæ plura, & diversa significat. Ut, canis taurus. *Comm.*

*Universale* in causando, est causa, quæ potest plures, & diversos effectus producere. Ut, Deus cælum. *Commun.*

*Universale* in representando, est res una, quæ plura representare nata est. Ut, speculum. *Communis.*

*Universale* in essendo, est quod pluribus inesse potest. Ut, animal homini, & bruto. *Ex Arist. lib. I. de partib. animal. cap. 4. & I. de Interpretatione, cap. 5.*

*Universale* in prædicando, est quod de pluribus enuntiari potest. Ut, vivens de animali, & planta. *Ex eodem ibidem.*

*Universale* Physicum, seu fundamentaliter sumptum, est natura realis in singularibus existens. Ut, natura humana Petri. *Ex eodem. 2. Ethic. cap. 3. & 1. Posterior. cap. 2.*

*Universale* Metaphysicum, est natura realis considerata in statu solitudinis, id est, non consideratis conditionibus individuans. Ut, natura humana concepta sine Petreitate, Pauleitate, &c. *Ex eodem. 2. Ethicor. cap. 3.*

*Universale* Logicum, est unum aptum inesse multis, & de multis prædicari, eadem omnino ratione. Ut, substantia, respectu spiritus, & corporis, album, respectu cerusæ, & nivis. *Ex eodem. 1. de Interpret. cap. 5.*

*Univer-*



*Univerſum.*

Videmundus.

*Univocum.*

*Univocum* univocans, seu nomen univocum, est quod eadem omnino ratione de suis inferioribus dicitur. Ut, homo, de Petro, & Paulo. *Ex eodem in prædicam. cap. 1.*

*Univoca* univocata, seu univoca, ut res, sunt ea, quorum est idem nomen, & ratio substantiæ nomini accommodata omnino eadem. Ut, Socrates, & Plato respectu hominis. *Ex eodem ibidem.*

*Voluntas.*

*Voluntas*, est potentia activa, libera, naturæ intelligentis, quæ circa bonum, & malum versatur, prout ab intellectu propositum. *Ex Arist. 1. Magnor. Moral. & Moral. Eudemior. cap. 11.*

*Voluptas.*

*Voluptas*, est quies appetitus, in aliquo convenienti bono. *Arist. Moral. Nicomachior. lib. 7. cap. 12. & lib. 10. cap. 3.*

*Voluptas* sensitiva, est svaavis quædam motio, in Sensibus ex objecti delectabilis adeptione proveniens. *Ex eodem ibidem. Et Plato in Phylebo.*

*Votum.*

*Votum*, est deliberata promissio de aliquo bono facta Deo. *Ex D. Thom. 1. 2. quest. 88. art. 1.*

*Vox.*

*Vox*, est sonus animalis ore prolatus, cum intentione significandi. *Ex Arist. de anima, cap. 8. & Interpretib. ibidem.*

*Vox*



*Vox articulata*, est quæ ita profertur, ut intelligi, & scriptis mandari possit. Ut, *homo*. Ex *iisdem* in 1. de Interpretatione.

*Vox inarticulata*, est quæ quamvis significet, non potest tamen litteris exprimi. Ut, *voces brutorum*. Ex *iisdem* ibidem.

### Zenith.

*Zenith*, est punctum in cælo directè positum supra caput intuentis. Ex *Sacrobosco* in *Sphæra*.

### Zelus.

*Zelus*, est vehemens quidam appetitus removendi ea, quæ contraria sunt amori, vel rei amata. Ex *D. Thom.* 1. 2. *quæst.* 28. *art.* 4.

### Zodiacus.

*Zodiacus*, est circulus in *Sphæra*, qui æquinoxialem interfecat, & ab eo interfecatur in duas partes æquales, cujus medietas altera æquilonem versus, altera versus austrum declinat, quemque Sol annua sua circulatione percussit. Ex *Sacrobosco* in *Sphæra*. *cap.* 2.

### Zoophita.

*Zoophita*, sunt animalia Media quasi naturæ inter animalia, & plantas. Ex *Simplicio* in 2. de cælo, *textu* 7.

F I N I S.



igi, &  
de In-

non po-  
Exiu-

supra

ovendi  
Thom.

xialem  
æqua-  
altera  
ua cir-

er ani-

.

















































Jc 2193

ULB Halle

3


007 102 062




USA

m.c









DEFINITIONES  
**PHILOSOPHICÆ**  
IN SCHOLIS  
celebriores.

QVAVM SCIENTIA ET  
usu Philosophiæ Tyrones ut plurimum  
adjuvari possunt.

AR. D. IOANNE THIERRY  
*SS. Theologiæ Doctore & Philosophiæ  
Professore collectæ.*

In gratiam Philosophiæ candida-  
torum.

*Editio ultima correctior.*



Primum PARISIIS,  
*Nunc vero*  
FRANCOFVRTI,  
Apud GEORGIVM MVLLERV.M.

M. DC. LIV.

